XXVIII

GOEZ

1718



I. G. Mentzel sc. Lips.

M. ZACHARIAE GOEZII
ILLUSTR. GYMNASII OSNABR. RECTORIS

DE NVMIS DISSERTATIONES XX.

ANTEHAC

IN DISPUTATIONIBUS SOLEMNIBUS VENTILATÆ PARTIM, PARTIM ORATIONIBUS PANEGYRICIS ET PUBLICIS PRÆMISSÆ, JAM VERO EMENDATÆ ET AUCTÆ

IN UNUM VOLUMEN REDACTÆ, UNA CUM FIGURIS ÆREIS.

VITEMBERGAE,
APVD CHRIST. THEOPH. LVDOVICVM
MDCCXVI.

Scaligeriana p. 222.

Multa in numis & antiquis inſcriptionibus latent, quæ nos fugiunt.

LECTORI BENEVOLO S.

ANte menses aliquot ego, dum Puerum Tridentinum, testimonio omnibus probatis veræ antiquitatis notis coruscante, demonstrabam & defendebam ita scribebam; *Copiosus* hodie orbis terra-" rum atque eruditissimis homini-" bus, liberatissimisque studiis afflu-" ens est adeo, ut etiam iste, quem Mi-" nerva omnes edocuit artes, vix inve-" nire possit, quid scribat. Africa enim" non solum, quod in proverbio est, sed" & Europa, quid? quod Germania no-" stra semper aliquid apportat novi. Sunt,"

„qui in re sacra caput efferre volunt, & „hos vel ars nihil credendi, vel fanati-„cum vexat delirium. Sunt, qui in Phi-„losophia omnium primi esse cupiunt, & „hi vel sub signis militant Pyrrhonis, vel „Summulistis & Quodlibetariis omnem „suam præbent operam & assiduitatem. „Sunt, qui nobilitari volunt Philologia „seu sacra, seu profana; Et hi non raro „nodum quærunt in scirpo; Isti vero, „vah! ut in sinu gaudent, dummodo „pleraque, eaque optima S. Codicis o-„racula enervent aut etiam B. Luthero, „Interpretum & Theologorum Ecclesiæ „nostræ Principibus, & Confessoribus, li-„bris Symbolicis, ab Orthodoxis compo-„sitis factisque hymnis Ecclesiasticis, a-„perte & audacter, non quidem sine vul-„gi, aut novæ pietatis studiosorum ap-„plausu, gravi interim offensione vere „piorum & eruditorum, obloquantur. „Ita hodie proh! rerum malarum atque „novarum, plena sunt omnia. Sunt, „quibus Cicero commentum, Virgilius „somnium, quid? quod ipse Christus, si „aperte loqui liceret, *fabula* &c. Vera, an

falsa

falsa dixerim, judicent isti, qui ex omni parte diligentissime res considerari solent. Equidem Erasmus in Moria sua ingemiscit; *Vah, quanta sapientum est paucitas, si modo quisquam inveniatur! Sane olim ex tot seculis Græci septem tantummodo numerabant, quos, ni totus fallor, si quisquam accuratius excutiat, dispeream, si vel semisapientem, vel trientem viri sapientis inveniet.* Ego vero, ni totus fallor, (consentientes habeo viros eruditissimos) statuo, ipsum Erasmum, dum in Adagiis Chiliad. 2. Cent. 2. Adag. 40. ita locutus: Lusimus *Moriæ encomium, cui non plus septem dierum operam impendimus idque nullis librorum adminiculis adjuti*, ab ambitione & arrogantia non procul abfuisse, suamque nimis extulisse sapientiam. Quid si se ipsum fricaret Desiderius hic noster dum l. c. p. m 26, ita perstringit alios; *Hi, sicut nostis, cum orationem totis triginta annis elaboratam, nonnunquam & alienam proferunt, tamen triduo sibi, quasi per lusum scriptam, aut etiam dictitatam esse, dejerant.* Et quid ad seculum hoc nostrum

ætas Erasmi? Felix hoc ævum nostrum est, quo artes ac scientiæ ad apicem quasi pervenerunt, adeo, ut de tanto flore, tantaque literarum luce, merito gloriari possimus, separemus cum Celeberrimo Buddeo in Oratione, quam de bonarum litterarum decremento nostra ætate non temere metuendo, lapso anno Hildburchusæ habuit, vanitatem, qvæ efflat, & juxta B. Lutherum ad Job. c. 32, 20. præcludit spiritum, a scientia artibusque liberalibus & fateri cogemur ipsi, vanorum & elatorum esse, Viros a Reipl. literariæ Atlantibus dudum laudatos appellare homines, qui quod dicunt non intelligunt; vanorum & elatorum esse, istos appellare homines, exiguis eruditionis, judicii virtutisque præsidiis munitos &c. &c. Sunt nimirum hujus seculi novorum quorundam hominum mores, ut alto, arrogantique supercilio despiciant reliquos, tanquam rudes, inertes & barbaros, se vero, suaque omnia magnifice prædicent, & exquisitis laudibus gloriose prosequantur, cumque Chinen-

ſibus eo ſint ingenio, ut, ſe duos habere oculos reliquos unum, aut etiam penitus cœcutire, dicant & ſcribant. Hi adverſariorum ſuorum copias diſflant ſpiritu, quaſi ventus folia, aut panniculam tectoriam, ſoli ſibi ſapiunt, ſoli Sibyllæ folia recitant; Rem ubique tangunt, reliquis deeſt lectio, deeſt ſal, deeſt judicium, pro cerebro fungus eſt, quos, (qua formula quidem hoc hominum genus frequenter utitur) pro ſuo ſcil. amore, non tam odio, quam miſericordia dignos eſſe, ſtatuunt; De magogorum Academicorum & novellorum Doctorum Magiſtrorumque inſtar, qui, ſeu obtrectando, ſeu perſtringendo, veteres ſylvarum Muſarum Parnasſique cuſtodes, quibus fama, induſtria, eruditio, candor & pietas vera & ſincera, dudum conciliavit applauſum, confodiunt, & gyris ſuis, quibus neſcio quantam adſcribant virtutem, neci dant. De Hyperephaniis Barclajus in Argenide l. 2. p. m. 150. *Horum factio regnantibus gravis hoc ſeculo eſt exorta. Iſti audent novas adferre religio-*

nes, pacemque solicitare animorum, qui superbia vel nimia felicitate, diripi possunt. Quibusdam ambitiosum est, a sensu majorum discedere, aliquos eloquentia fallit, cui Pietatis species est intexta, accessit novitatis impetus tanto furore excæcans alios, ut commenta etiam invenerint laudatores, non ex vastis & ultimis terris, sed quod mireris, ex alumnis familiæ. De Solipsis Autor quicunque tandem, seu Jnchöfer, seu Bariatus Lermæus, seu etiam Scioppius fuerit, ait: *Solipsos Europæis, singulos soles esse tot mundis illuminandis idoneos, omnium gentium mores & ritus, complecti, omnes nihilominus aversari, singularem quandam, nullique communem mortalium generi sectam esse, singulos studere novis plus, quam olim Athenienses.* Nostra licet hæc non faciamus asseverare tamen non veremur, tales etiam hodie esse, qui sua novitate optimas turbant disciplinas & imperitam discentium turbam in mille vias, non dicam labyrinthos, conjiciunt, improvidamque in retia sua trahunt. Optimum horum cuique quod suum, & quod o-

lim

lim præstantissimis, & per orbem celebratissimis optimum, id pessimum, & quod aliquando pessimum, & maxime impium, id optimum & maxime pium. His, (ut de nostris tantum loquar, & Galliæ, Angliæ, Hollandiæ, reliquarumque Europæ Provinciarum rei literariæ Ornamenta mittam) Musæi, Hulsemanni, Calovii, Carpzovii, Dannhaweri & Bayeri, Calixti & Conringii, Stahlii & Bechmanni, Martinii & Hornej, &c. &c. lardi & bardi, hebetes & stupidi sunt. Abesto vanitas, procul esto ambitio, & constabit, eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluentem esse orbem terrarum adeo, ut nihil supra. Non Theologorum subsellia, non JCtorum pulpita, non Medicorum ordines lustrabo cum Philosophorum, Philologorum Criticorum &c. exempla sufficere possint. Quis vero centesimam horum narrabit partem? Evolvenda sunt Instructoria, Polyhistores, Eruditorum Acta, Nova literaria Maris Balthici, Germaniæ Helvetiæ &c. &c. Novæ librorum ra-

riorum Collectiones, Bibliothecæ, Atria, Novelles de la Republique des lettres &c. &c. Inspiciendus est Christian. Juncker in Schediasmate Historico de Ephemeridibus seu Diariis Eruditorum, in nobilioribꝰ Europæ partibus hactenus publicatis. Ut nihil hic de societatibus, in quibus viri sapientissimi & præclara eruditione atque doctrina politissimi, conjunctis viribus adversus barbariem pugnant, dicam. Et licet B. Morhofius per fata absolvere non potuerit, quod cœperat opus, sive Commentarium de infelici eruditionis hoc tempore statu, tantum tamen abest virum πολυμαθέστατον in eo inique de artium incremento & seculi nostri disciplinis sensisse & judicasse, ut potius in peculiari tractatu de meritis Germanorum in rem literariam præclare & magnifice dixerit. Ita enim post ejus obitum A. 1691. Clarissimus Muhlius in epistola ad familiarem quendam scribebat: *De Morhofianis operibus, & præcipue de Dissertatione quæ agit de Germanorum meri-*

meritis in rem literariam, curabo ſedulo, ut deſiderium eruditi orbis expleam, MODO NON ALII JURE AN INJURIA FRAUDI AC IMPEDIMENTO FUERINT. Quaſi doctisſimus vir prævidiſſet, poſt paucos annos nonneminem ſuo nomine editurum eſſe Germaniam artibus literisque nulli ſecundam; Quod opus cujuscunque tandem ſit, multis exemplis nos docet, nec Hiſpanis, nec Gallis nec Italis nec ullis aliis induſtria ingenio, artibus & ſtudiis, etiam hodie, Germanos inferiores eſſe. Abeſto impietas, abeſto vanitas, abeſto abuſus, ne nimium ſapientes ſibi nec quicquam ſapiant, numine ficto agitati incaleſcant, aut etiam ſcientes omnia, nihil credant, felicisſimos ſe eſſe putantes, ex quo ſectariorum, ad quos & nos Lutheranos referunt, jugum ſervile a cervicibus ſuis dejecerunt. Vah, ſi ſurgerent Beati Reformatores, Confeſſores, Theologi & Philoſophi fidei noſtræ & Artium interdum non ſine vitæ diſcrimine, ſtatores, ut mirarentur

ſua

ſua ſubſellia & ſua pulpita! ſed fungi hi ipſis ſunt & trunci, pertinaces & plebeji. Sic faſtus hic, & inſolentia præſtantisſimas ſcientias nobilisſimas artes inficit ac depravat. Ita Muſcæ mortuæ perdunt ſvavitatem ungventi Eccleſ. 10.1. Ceterum ut ſatis ſuperque conſtat, quod jam melioris literaturæ optimarumque ſcientiarum, plena ſint omnia; Sic & in re numaria verſantur multi, ita, ut hoc ſtudium uix in altiorem gradum adſcendere posſit, quemadmodum hoc in diſſertatione prima pluribus demonſtravimus. Et cum ante annos fere triginta numi aliquot argentei & ærei ad me redierint, aliquid temporis, quantum quidem per concatenatos labores & ſexcenta alia impedimenta licuit, illis conſecravi, unde hæ, quas L. B. cernis, enatæ ſunt Diſſertationes, quibus & proxime adjungam reliquam muſei mei ſupellectilem, una cum quibusdam MSCtis & Virorum ſummorum Epiſtolis. Singula hæc Tuæ æquitati me vero Tuo favori atque Amori commendo. Vale.

)o(

בש״ש

DISSERTATIO I.

Quæ, ex quo
De Numis Notitiam generalem expo-
ſuit, de Jano Bifronte agit.



Ventilabatur hac publice A. 1689. adjecto ſuperpondio hoc:

1.

Noah vino communi inebriatum fuiſſe, non eſt veriſimile,

2.

Ipſe Deus interdum eſt προσωποληπτης.

3.

Liber ſapientiæ falſo adſcribitur Salomoni Regum ſapientiſſimo.

4.

Fallit Poeta ſic canens:

Nil aliud, quam multa Venus, quam multus Jacchus
Progenerant lapides corporis & podagram.

5.

Liber περὶ κόσμου *Aristotelis non est.*

Ad Respondentem tunc ego ita:

Destruit, ædificat, bellatur, pacificatq;,
Imperat, extollit, dejicit, obsequitur?
Curia, lex, ars, Mars, gymnasia, tecta trabesq;
Stant numis, numis indiget omnis homo.
Quid tu Backhusi? num numos quæris & artes?
Nulla salus numis, provenit arte salus.

Et cum paulo post eruditissimus quidam Pietaster inter alia ad me ita scriberet:

De nummis bene nummati bene dicere possunt,

Ego ipsi post alia respondebam:

Si bene numati tantum bene dicere possunt
De numis, dixi vah? male pauper ego.

Anno 1703. hæc ipsa dissertatio, una cum novem sequentibus iterum dabatur prelo, integra vero decas consecrabatur sequentem in modum

CELSISSIMO
COMITI ac DOMINO
DOMINO

ANTONIO GUNTHERO

S. R. I. IV Viro

COMITI
In Schwartzburg & Hohnſtein

DOMINO
Arnſtadii, Sondershuſæ, Leutenbergæ,
Lohræ & Clettenbergæ,

COMITI F. O. M.

Rei numariæ lapſi & noſtri ſeculi, STATORI

Comiti & Domino ſuo Clementiſſimo

χαιρειν καὶ ευπρατλειν!

Celsissime COMES
DOMINE Clementissime!

VIvunt hodie, & sua luce coruscant viri Principes, Marte clarissimi, quorum casus ancipites, si legerit posteritas, habebunt olim admirationem, lætitiam, expectationem, molestiam, spem & timorem, at non sine exitu notabili claudentur. Vivent omnino & sempiternæ gloriæ per celeberrimos commendabuntur viros ævi nostri Achilles & Hectores. His si non superior, inferior tamen neutiquam es, *COMES Celsissime*, præcipue quem eruditorum calamus dudum Divis, h. e. æternæ gloriæ consecravit. Illustris es ex utroque. Superabunt doctorum libri Principum imagines, & quando has exedet vetustas, istos versabit doctorum manus.

Per-

Pervenit Celſitudo veſtra dudum in eruditiſſimorum non ſolum Germaniæ, ſed & Italiæ, Galliæ, Britanniæ, Sveciæ, Daniæ, Bataviæ, &c. &c. ſcripta; Nec Veſtrum Regiis cedit Numophilacium, quod inſuper præreliquis celeberrimus Morellius & Clariſſimus Olearius illuſtrarunt adeo, ut etiam in remotis orbis angulis gratia, qua *Celſiſſime IV Vir* amplecteris Antiquitatis ſolidæ ſtudioſos, dudum facta ſit conſpicua. Id quod & me Divæ hujus cultorem tam audacem fecit, ut hanc Diſſertationum mearum de Numis decadem primam *Celſiſſimo Tuo Nomini* conſecrare non veritus ſim. Veniam merebitur audacia, ſeu potius fiducia, nec dubitat in *Celſiſſimo IV Viro* inveniſſe Mæcenatem ſubjectiſſimus Maro h. e.

Celſisſimi Comitis Schvvartzburgici.

Devotiſſimus ſervus

M. Z. Gœze Mülhuſin. G. O. R.

§. I.

NUmus perperam ex Ambris Teutoni cuidam, Annexo XVII sui Belzebub, dicebatur aliquando a נום dormire, quod numatos dormientes reddat, homini ad hoc male citanti Clarissimum Dn. Braunium Groningæ decus primarium, Fautorem propter studia colendum, cum contra potius numatos faciat bene vigilantes, juxta tritum: *Quo plus sunt pota* &c. Aliis non tam inepte a Numero; A Νȣμμος, specie numismatis Tarantis, Tarenti conditoris Neptunique filii imagine signata, aliis; Aliis a Numa; Nobis vero cum optimis απο τȣ Νομȣ, quod & ipsum visum est Aristot. lib. 5. Ηθικων μεγαλων pm. 101. εχει νομισμα δια τȣτο, οτι ȣ φυσει, αλλα νομω εϛι. Scilicet valent numi sicut verba. Hæc autem non naturaliter ut olim cum paucis Heraclitus, nuper vero cum satellitibus suis censuit Jacob Böhm, sed impositione significant. Heracliti sententiam Pythagoræis etiam tribuit Dexippus juxta Bechman. num. l. 2. c. 1. Instit. Log. Huartus, quem examinat Anton. Possevinus S. J. tom. 1. l. 1. Bibliothecæ selectæ & quem latinitate donavit Æschacius Major, qui est per metathesin Joachimus Cæsar, quem in Belgicum sermonem transtulit Henr. Tackama Amstelodamens. in scrutinio

tinio ingeniorum c. 11, p. m. 289. *Nulla sunt principia naturalia, ut ob eorum rationem necessum fuisset primos linguarum inventores sejungere, ac in unum quasi convenire.* Psammetichi periculum, quod Herodotus in Euterpe p. m. 100. literis Henr. Stephani, refert, merito parvi habetur. Conf. Joh. Petri Erici Ανθρωπογλωττογονια seu humanæ lingvæ genesis, Venet. 1697, qui referentibus Actis Eruditt. A. 1698. p. 30. in præfatione Græcam pro matre Celticæ Ebraicæ & ceterarum orientalium lingvarum habet.

§. II.

Dicitur & *Numisma* quamvis in angustiori, quando nempe notat metallum, (Medaille) de quo ff. l. 28. de Usufruct. in quo cudendo excelluerunt Varinius in Gallia, Parisius & Carlsteinius in Svecia, Camelius, Travanus Hameranus Romæ, Cavinus Paduæ. Hodie inter Germanos Christianus Wermuth reliquis omnibus videtur herbam præripere. *Moneta*, monet enim subditos de reverentia quam debent Principi, unde & Juno vocata Moneta, quod in ejus æde quondam Romæ numi cusi & signati. Vid. Martini Lex. in voce Moneta &c. *Pecunia*, quod vel effigie pecoris aut pecudis æs signatum diceretur pecunia, apud quos vox hæc vernacula erat, vel plerumque veterum divitiæ constite-

rint pecoribus, ac in rusticatione fuerit ratio pascendi quæstuosissima, Rhodigin. libr. 23. c. 17. p. m 1086 Codex S. passim. Adde, quod in minoribus multarentur ovibus, in majoribus bubus. Add. 2. Sam. 12, 6. &c. Hinc non miramur Americanos olim teste Lerio Navig. in Brasil. c. 5. p. m. Sinenses, Japonenses &c. cum multis aliis numorum usum nescivisse, & apud Abyssinos etiamnum rerum permutationem fieri pecoribus & pecudibus, referente Ludolpho Hist. Æthiop. l. 4, c 27 n. 8 seq. Polonos olim proprium non habuisse numum, quod metalla minus nota essent illis, donec Casim. M. æs & argentum signari jussit, docet Starevolsc. in descript Polon p. m. 89. Pro pecunia Americanos quosdam foliis Cocæ, alios fructu amygdalino, quem vocant Cacao, alios lapillis uti, inque dotem dare tales proceres, vid. Gottfrid. in novo orb. p. m. 24 & p. 79 part. 1. & part. 3. p. 52 & part. 2. p. 551. Ossa, seu spinas certi piscis, pro pecunia adhibere barbaros in Pensyloania, vocareque Wampum, refert Blome in Engl. America p. m. 406.

§. III.

Hodie *tam in publicis, quam in privatis ædibus* cuduntur numi. Romæ quondam unica erat officina, templum Junonis puta. Naso l. 6. pf. 103. Scl. III. Viri A. A. A. FF. paran-

parantes, rei huic præerant monetales. Hos imitatus est Carol. M. qui in palatio suo tantum αργυροκοπειον esse voluit. Cato Aulicus p. m 260. A quo instituto non longe abeunt in Asia Persæ, Tavernier in Itin. Pers. (cudendi jure gaudere hodie Gubernatores Naktsjuwanos, Erivanos, Tabrisios & Arscrunenses, refert nobilissimus Kæmpferus, Fautor noster insignis, in Amœnitatibus suis exoticis Politico-Physico Medicis, fasciculo I. §. 4. p. m. 53.) & in Europa Britanni in turri Londinensi solum alentes αργοροκοπους.

§. IIII.

Antiquitus A. A. A. *non tam numerabant quam appendebant* Gen. 16, Jerem 32, 10. Obrecht l. 1. disp. 14. ☉ 2. Hillig. ad Donell. l. 14. c. 15. lit. A. Treutl. l 1 disp. 25. ☉ 7. Id quod hodie in Sina & aliis Orientis provinciis perfrequens est. Unde & dispensare gl. in Can. Requiritis 5. cap. 1. qu. 7 vers. ut plerique; nihil aliud est, quam in una lance diversa appendere, sive diversa discrete pensare, & in animo, utrum relaxatio juris expediat, versare. Veteres ponderis diversi erant, duarum librarum, unius &c. Erat quædam, quæ dicebatur litra, (libra Johann. 19, 39.) Continebat autem juxta Covaruviam libra 12. uncias, uncia 8. drachmas, drachma tria scrupula, s. quod mal-

lem, ſcriptula, ſcriptulum duos obulos ſeu ſiliquas &c. Reliqui ponderis rationem habebant frumenti legitima grana, cujus omnium minima pars erat calculus, ex duobus ciceris granis conſtans. De *jure cudendi monetam*, vid. juris publici Doctores & Bornitium de nummis l. 1. c. 3. p. m. 31. Debent autem numi conformes eſſe LL. numariis, quia iis rerum omnium pretium definitur, vectigalia ſolvuntur, &c. &c. Unde etiam Timerlanes de pace cogitans cum Bajazethe, utrique ſuorum numorum valorem voluit eſſe communem.

§. V.

Quo *ſeculo aut anno* primum ſignatus ſit numus, non conſtat. Joſephus l. 1. c. 14. Antiqq. Caino adſcribere videtur. Thubal Caino ob Gen. 4, 22. alii, V. Max. Rev. Dn. Schmid. de re monetal. Ebræo &c. §. 3. & 4. Herodotus Lydos facit primos monetarios Clio p. m. 114. Janum alii. Abrahami ævo monetam in uſu fuiſſe, non dubito, quamvis omnes Abrahami, Joſuæ, Davidis, Mardochai &c. qui hodie circumferuntur, ſpurii ſint. Nec aliud notat Jacobi קשיטה Gen. 33, 19. quam quod Homeri pellis & bos, quibus parabant convivium Achivi. Quemadmodum & Bos apud Athenienſes genus erat monetæ. Unde frequens eorum *βοῦς ἐπὶ τὴν γλῶσσαν* Vid. Adagia Eraſmi. Conf. Joſ.

Jos. 24, 32. Romæ Numa ex ferro & ære primum cudi jussit Numismata Numia appellata, cum ante illum scortea & ostracina implerent usum, quorum asses ille in congiarium populo dedit. Plutarch. in Numa. Rhodig. l. 10. c. 2. p. m. 433. Symbolum tandem & signum addebat æri hactenus rudi Servius Tullius Plin. l. 33. c. 3. p. m. 584. Gellius l. 20. c. 1. De Æginetis Ælianus l. 12. p. m. 443, πρωτοι νομισμα εκοψαντο, και εξ αυτων εκληθη νομισμα Αγιναῖον.

§. VI.

Ex *ære* post *scorteos* in eadem gente factos esse numos testatur Ovid. l. 1. fast. *Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est. Argentum* ante Pyrrhum Regem devictum Romæ non fuit signatum Plin. l. c. A. V. C. CCCXLIX. adhuc æs grave plaustris ad ærarium convectum fuisse, vid. Liv. Decad. 1. p. m. 306. Ævo Scipionis Afr. *aurum* denique in urbe signabatur. (In Persia non nisi novo Rege creato signatur aurum) Ex præcepto Lycurgi ex *ferro* Lacedæmonii cudebant, quod idem fecerunt aliquando Byzantini & falsarii circa annum 20. seculi lapsi, ut id docent mei quos habeo Ferdin. II. & Frid. Ulrici nominibus inscripti, Plebs vocabat Pläger de quibus Lipsiæ a circulis Saxoniæ inferioris & superioris A. 1620. agebatur. Ævum horum appellabatur die

Kip-

Kipperzeit Conf. Theatr. Europæum A. 1620. p. m. 455. seqq. Maxima inde oriebatur perturbatio omnis commercii. Primum pretium horum erat magnum, dein vero, quando Elector Sax. ultra dimidium fere amovebat, ex iis summum faciebant fœnus usurarii non sine insigni pauperum damno. Conf. Chron Zwickaviense part. 2. p. 474. & 486. It. Georg. Rostii Kipper und wipper Spiegel. De his etiam evolvatur richtiger und wichtiger Wipper Traum. It. A. Bachmanni Dissert. de hodierno rei nummariæ statu Lips. A. 1622. Jt. Variorum Considerationes & tractatus von Kippern und Wippern. Retulerunt mihi hujus ævi viri fide digni per creditorum forulas, impluvia, per anticas & posticas, impedita & expedita nomina a debitoribus hoc genere numorum, tunc injecta fuisse. Haud injucundum fore puto, si, quæ laudatissimus Kæmpferus l. c de vitiatis numis narrat, [præcipue cum amœnitates istæ sint in paucorum manibus,] hic repetiero: *Anno 1670. ex Usbecia Legato solvendi erant ter mille Tomani, Quæ enim pecunia Legatis pro alimonia solvitur menstrua, eam accipere recusaverat, dum universam penderent abeunti. Ia aliquando solent oratores, ut ostentent, se alienis subsidiis non indigere. Haud congruum Regni Præsidi videbatur, ut ærarium tanta argenti summa indignus hospes emungeret; Consulto*

sulto Rege igitur curavit monetam pro nuntio cudi, tribus partibus adulteratam, quarta tantum argenti. Scytha compertam fraudem sic delusit, ut acceptam summam in cœmendis pannis aureis argenteisque collando, vitiatos nummos mercatoribus relinqueret. A quibus toto regno divulgati, tantam brevi accessionem passi sunt ab imitatoribus, qui cudendi jure gaudent, puta a Gubernatore Naktsjuwani, Erivani Tabrisii, maxime vero ab Arserunensium Turcico, ut legitimi pene omnes infelici metamorphosi suffocati fuerint. Rex mense Februario anni 1684. thesaurum pro sustentandis nuntiis aperiens [sic nobis referebat Mahmandarbasii] inter 30000. Tamanos, tantum 300 invenit legitimos &c. &c. *Corium* forma publica fuisse percussum apud Lacedæmonios refert Seneca de beneficiis l. 5. c. 13. Meibom. ad verba Gobelini Personæ; *De corio antiquo incidere numos*, in nott. Edit. in f. Hist. rer. Germ. p. m. 359. hæc adjicit. *De hoc sic scribit Theodoric. de Niem lib. de privil. & Iurib. Imperii: Otto fuit vindex & Iustitiarius magnus, ut patet in multis ipsius exemplis, & præsertim quando Mediolanenses falsificarunt ejus monetam auream & argenteam, injunxit eis, ut moneta facta de corio uterentur prout factum fuit ex tunc semper vivente eo;* Ex *sale* in provincia Caniclu Tartariæ & apud Constecanenses; Ex *charta* fiebat quondam apud Indos, Aubanus l. 2. c. 18. de moribus gentil. apud Tartaros Cathari-

Catharinos, qui præter chartaceos Regis sigillo impressos alios non habent, Cellarius in Polit. c. 15. p. m. 272. &c. Arnis. l. 2. de majest. jur. c. 7.; apud Batavos Lugdunenses enim cum a Baldezio obsidione cingerentur egerentque æris, chartam signabant; Sed non sunt unius generis numi hi. In quibusdam leo pertica pileum, libertatis symbolum tenet cum epigraphe: Hæc libertatis ergo, f. a. Gott behüte Leyden. In aliis, talem ipse possideo, & exhibet Patin. in hist. numism. c. 6. p. m. 409. legitur in serto, *Lugdunum Batavorum* f. a. Leo sinistra clypeum, dextra gladium tenet cum epigraphe, *Pugno pro patria*, qui nullius erat valoris, nisi nova eaque minor monetarii accessisset forma. De his pl. vid. ap. Meteranum l. 5. hist. Batav. ad A. 1574. p. m. 167.; Ex *stanno*, quo usus dicitur Arist. Dionysius Syracusanus. Romanorum ex stanno esse adulterinos, in orbe Antinoi stanneo probare conatur Rector quondam Gvelphebytanus Reiskius in epist. ad Eggelingium, in qua & plumbum penitus abesse vult a Romanis. Sed ex Parnasso satyrica hæc est scripta epistola. Paulo aliter sentit Sponius interprete Menudier in Itin. Ital. p. m. 117. de Romanorum stanneis, qui Severi exhibet nummum stanneum, facie altera lupam cum Romulo & Remo adjecta epigraphe Θυατιρηνων qua voce

voce Cæsari adulaturi felicitatem suam significabant. Hodie Anglis pro numo stannum (non sine cupro tamen) frequentissimum est; Ex *plumbo*, qualis C. Pedani, licet multi alii spurii sint v. g. Cæsar, Galba & Vitellius, mei. Conf. Plaut. Mostell. Act. 4. scen. Add. Erasm. Chiliad. 3. 75. Perforatos ex plumbo possideo Indicos Z, h. e. *Sultan Soppo*, *Annum &c.* notatos, quos & pariter in Indorum fraudem esse factos, docent isti qui inter Indos versati sunt. Aliorum plumbeorum meminit Olaus Wormius in monumentis Dan. p. 104. Ex *orichalco*. Non veterum spurios, quales mihi multi sunt, neque ectypos, huc refero, sed Sinenses & Japonenses quos habeo, perforatos, characteribusque Sinicis notatos, & Venetorum & Transylvanorum. *Testæ, cochleæ, cortices, panni, lupinæ &c.* huc pertinerent, verum hæc ut nuces & lapillos pro pecunia usurpasse potius quam signasse, constat; ex *ferro cum ære mixto*, quales erant Antonii III. Viri, ex *auro cum argento mixto*, quales veterum Romanorum multi; ex *argento cum auro*, quales nostræ hodie terunt manus quam plurimos; ex *metallo artificiali*, qualis meus est Guilielmi III, aut etiam electro ex campanis Hibernicis desumto, Regis Jacobi II. Sed et nimirum Jacobus in equo laureatus & loricatus nitidissime fictus, strictum tenens gladi,

gladium, cum epigraphe, quam nescio an studio, an incuria neglexerit artifex, h. m. Jac. M. BR. fractis quibusdam literis, ET HIB REX. A. f. Insignia Angliæ, Scotiæ, Franciæ & Hibentiæ in medio habent coronam regiam, Anno Dom. 1690. fractis & hic limbi literis, quæ tamen melius legi possunt in minori & pariter crotoniato & quidem circa Regis caput: Jacobus II. Dei gratia, cujus facies aversa exhibet coronam Regiam & sceptra duo cum epigraphe MAG. BR. FR. ET HIB. REX.

§. VII.

Figura communissima est *rotunda*, utpote quæ perfectissima ac maxime idonea (ne circumcidantur in margine exteriori nummorum poni jussit Cromwelus literas & voces. vid. Acta Erudd. A. 1696. p. 87. seqq & Sam. Reyher in tribus argenteis numis Kil. 1695. Interdum est *angularis*. (πτεραγωνυς appellant) Tales Mindani, Noribergenses, Gothani (J. F. G. K. h. e. Joh. Frider. Gebohrn. Churf.) & Mulhusini mei nitidissimi sunt. Obtulit hos procul dubio inter alios patriæ meæ dulcissimæ, cum dissertationem suam de Nummis antiquis Gothanis, Mulhusinis, Northusanis, Cygnis, Isenacensibus & Weissenfelsensib9 SPQM offerret Cl Schlegelius. Alibi est *oblonga*, in Japonia scil. Moscovia &c. aut *filorum* instar quales Persarum

Lari.

Lari, Olear. Itin. Perſ. l. 5. c. 6. p. m. 506 aut etiam virgulæ Plutarchi in Lyſandro ferreæ.

§. VIII.

Character qui promtioris & facilioris ſolutionis cauſa appoſitus, multiplex eſt. Apud Sinenſes, Indos, Perſas, Turcos &c. hodie literarum notæ ut plurimum in uſu ſunt. In Golcondanis draconem, in Sinenſium glandibus ſtellulas aut roſas offendo. Veteres, vel Principis, vel Deorum & Dearum, vel cohortium, vel anciliorum figuras, vel triumphos, vel ſymbola &c. exhibent. Noctuarum facete meminit ſervus apud Plutarchum in Lyſandro Domino ſuo furtum αινιγματικως indicans, dum multas ſub tegulis ait cubare noctuas, ſub tegulis autem abſcondere numos, nec hodie, præprimis colono rarum eſt. Habuiſſe alibi imagines teſtudinis, teſtatur proverbium, Victoriam & Sapientiam vincunt teſtudines. Credat verpus, Abrahami monetam una facie præ ſe tuliſſe figuram ſenis & anus, altera vero juvenis & virginis literis expreſſam. Siclos fuiſſe credat, qui non veretur ſcribere, ſiclos primos cuſos fuiſſe a Tharah juſſu Nimrodi a quo primum nummum orbis habuerit. Hi ſicli (ita enim fert fabula) hereditario jure ceſſerunt Abrahamo, hinc devenerunt ad Iſmaelitas

& per hos in manus fratrum Josephi, a quibus pro frumento huic addicti, inque ærarium Regium conjecti fuerunt, ex hoc obtinuit eosdem Moses, & ab hoc Sabæ Reginæ dotis loco dati sunt, longe post ab Æthiopum Regina Salomoni donati & in ærarium conjecti sunt, dein in manus Nebucadnezaris pervenerunt, in hujus comitatu fuit Regulus Arabs, ex cujus posteris fuit unus trium Regum seu Magorum, & hic Christo puerulo & Mariæ donavit, eosdem vero pro filiolo B. V. in templo obtulit, princeps tandem sacerdotum Judæ proditori dedit &c. &c. Somnia, λογοι! Et hi, & Josuæ, & Davidis, & Mardochai, spurii sunt. In talibus autem fingendis præ reliquis *Parmesanus*, *Carteron & Cavinus* excellunt. Ad Ipsas *formas*, quod attinet, fecerunt optime, *Varinius*, *Tretz*, *Hameranus*, *Rövers*, *Abele*, *Meibusch*, *Parise*, *Breuer*, *Carlstein*, *Retecke Falz &c. &c. &c.* Quem *usum* præstent Numi in universa re literaria, & *Autores* hoc argumentum præcipue tractantes vid. infra passim. Instar omnium esse possunt *Spanhemius*, *Manfredus*, *Septala & Græningius*. [Archetyporum imagines, ichthyocolla omnium primus expressit Jobertus, Gallus è S. J. quoque invento Germanos donavit Andreas Morellius.) Hic etiam evolvenda essent *nomina numorum*, v. g. Siclorum, Denariorum

riorum Seſtertiorum, Solidorum, Francorum, Fertonum, (Fierlingen) Scutatorum & Ducatorum, Philippeorum, Turonenſium, (Turnoſer) Florenorum, Uncialium, ſ. Thalerorum, Groſſorum, Schillingorum ſ. ſiliquarum, Bazionum &c. &c. &c. ſed de his egerunt alii.

§. X.

Tandem etiam apponendi eſſent, *qui ſcriptis rem numariam illuſtrarunt ſuis*, ſed eos tantum nominabo, qui inter illos quos recenſent *Phil. Labbe* in Bibliotheca numaria edit. noviſſ. & *Capellus* in Indice Numographorum & Cl. *Olearius* in ſpecimine univerſ. rei numariæ, & celeberrimus Struvius in Bibliotheca numiſmatum, non offenduntur Suntque! *Pyrrhius Ligorius* Neapolitanus, *Grilielmus Rovillius*, in promtuario numiſmatum, ſemel atque iterum Lugduni excuſo, in quo effigies omnium ſeculorum, domi militiæque virorum ac fœminarem, jam inde ab Adamo ad ſua tempora reperiuntur, ſed abſque imaginibus averſis; Volumen eſſet elegantiſſimum, niſi effigies eſſent fictæ; *Georg.* Chanler ICtus Paduanus, in Nova Imperatorū Chronica oder Geſchicht-Buch aus denen glaubwürdigſten Original Müntzen zuſammen getragen A. 1617. in f. *Jacob de Wilde* qui de antiquis, iiſque ſelectis ſcripſit numis Amſtelodami; *Joh. Georg. Kœnig* cujus nuper

prodiit Thesaurus universæ rei nummariæ antiquæ, in quo ad viginti millia numorum exhibentur & explicantur, Opus arduum, non ex libris consarcinatum, sed ex inspectione in celeberrimis Europæ gazis collectum. De numis Johanneis Vratislaviensibus Exercitationem historicam scripsit *Godofredus Rhonus*. *Joh. Frid. Heckelius* de duobus numis Constantini M. in peculiari dissertatione. M. *Joh. Christoph Olearius* non solum specimen universæ rei numariæ, sed & Isagogen ad numophylacium bracteatorum &c. in lucem edidit. *Joh. Georg. Volckamer* Noribergæ denuo rara magnæ Græciæ numismata superiori seculo a Prospero Parisio Romæ exscripta, edidit. Noribergenses vero magnas veterum numorum possidere Gazas, ex multis mediæ sortis homo *Melchior Metscher* testari potest, cujus cistellæ ante paucos annos xx aureorū & cxv argenteorum pondo habebant, *Hagedornius* vero, a secretis ibidem xxiv aureis, DCCLXXVII. argenteis & MCXL æreis, se ditaverat, de quibus an aliquid scripserint, N. L. Pietatem ex numis antiquioribus delineavit *Joh. Weidner*. Anno 1691. ad prelum paratam habebat *Joh. Hinsen* Vesal. qui Rem numariam antiquam qua talem, in materia, pondere, proportione, eorumque mutatione observata, cum cujuscunque generis numis in

sua

ſua magnitudine expreſſis. Scilicet Excellentiſſimus Conſiliarius hic SRMI Electoris Brandenburg. ac Reipl. Veſalienſ. Conſul, Fautor meus devote colendus, conſcripſit ita, ut libro primo de nummorum origine & materia & de nummis antiquis apud Judæos uſitatis, ut & Africanis, Aſiaticis, Græcis, Siculis, aliisque Europæis & præcipue Romanis; libro ſecundo de nummis antiquis Germanorum Gothorum Francorum aliorumque uſque ad tempus præſens, agat. Sic & *Olaus Rudbeckius* in Atlantica ſua, ſeu Manheim p. m. 244. & ſeqq. varia illuſtrat numiſmata, & *Otto Sperling* ad numum Furiæ Sabinæ Tranquillinæ quædam commentatus eſt. Extat etiam Traite Hiſtorique ſur quelques Monnoyes de France depuis le commencement de la Monarchie juſque a preſent par Mr. le *Blanc*, ut & Diſſertation Hiſtorique ſur quelques monnoyes de Charle Magne, le Louis le Debonnaire, de Lothaire & de leurs Succeſſeurs, frapee dans Rome, par lesquelles on refute l'opinion de ceux, qui pretendent que ces Princes n' ont jamais eu aucune autorite dans cette ville que du conſentement des Papes, a Paris 1689. *Meibomius* in programmate de uſu numorum veterum in illuſtranda veterum Romanorum hiſtoria; Sic & Præ-Illuſtris ac Generoſiſſimus Dominus *Henricus*

Sigism. de Bahr Potentiſſimi Magnæ Britanniæ Regis ac Electoris Brunſv. Conſiliarius intimus &c. expoſuit CXXVII numos quos poſſidet omnes, ſeu aureos, ſeu argenteos in fundo Barnavienſi repertos, propriaque manu volumen exaravit modicum ea ἀκριβείᾳ, ut melius vix poſſit quisquam. In duas librum diviſit partes, quarum prima familias juxta ordinem Alphabeticum v. g. Aciliam, Æmiliam, Alliam, Antoniam &c. recenſet; ſecunda Imperatores, Auguſtum, Tiberium &c. ſiſtit. Titulus eſt: Antiquisſimorum numiſmatum Barnavicenſium rudis delineatio; ſubjuncta levi explicatione. Ut vero laudatiſſimus Heros antiquitatis ac literarum judicio utitur exquiſitiſſimo, ſic humanitatis admodum eſt plenus, de cujus ſingulari erga me favore & gratia, non posſum non mihi gratulari. Legerat, quæ de numo argenteo aliquando ſcripſeram, quando oppido me docuit, iſtum eſſe familiæ Aciliæ, legique debere, M. ACILIUS III VIR. VALETV, nempe huic Acilio valetudinariorum curam fuiſſe commiſſam, teſte etiam figura dextra ſerpentem tenente, ſiniſtra in ara innitente, quæ eſt Dea ſalutis, cum epigraphe: SALUTI. Sed de his infra pluribus. Numiſmata Pontificum R. a tempore Martini ad annum uſque 1699. Romæ expoſuit *Philippus Bonanni* S. J. Nec ſine admi-

miratione perluſtravimus olim Bibliothecam Nicolaianam & numorum antiquorum theſaurum ſplendidum. O ſi horum cimeliorum heredem virum quendam rerum antiquarum peritiſſimum, (quod fecit Sagittarius, & ante eum Boſius.) ſcripſiſſet bonus *Nicolai*. Nullus dubito nobiliſſimum hunc virum juvenem egregia aliquando potuiſſe hujus argumenti ſpecimina, ni mors in ipſo ætatis flore delicium hoc eruditorum ſuffocaſſet, quæ quoque Livia impediit, quo minus volumen libri, quo numos Parthicos illuſtraturus erat aliquando Clariſſimus *Wagner*, conficeretur. De providentia Auguſtorum in veteribus quibuſdam numis oſtenſa in peculiari programmate publicis præmiſſo lectionibus, agit *Julius Christoph Böhmer*. *Adrianus Relandus* in Diſſertationibus binis de inſcriptione Numorum quorundam Samaritanorum ad Jacobum de Wilde, in poſteriori quidem de amphora mannæ numis iſtis inſcripta, & aſini cultu Judæis per ignominiam objecto. Accedit *Ioh. Bapt. Ottii* Tigur. epiſtola de numis quibusdam Samaritanis ad Adrianum Relandum Traject. 1704. *Cornelius Dieter. Koch* de nummorum Ebraicorum Inſcriptionibus Samaritanis; Eruditam ad me perſcripſit *Jenæque* imprimi curavit epiſtolam M. *Died. Andr. Kellerhaus* Lipſt. de Numo Friderici II.

Imp. A. 1701. *Franciscus Bianchinus* Veronensis ex numis, marmoribus, tabulis, signis &c. Chronologiam & Historiam profanam demonstravit Romæ A. 1697. *Bandurus* in hist. numismatum a Decio usque ad Palæologos, Paris. *Christoph Woltereck* collegit dissertationes variorum de numis, & Gallicas latine transtulit, titulo præfixo: Electa rei numariæ. Hamb. 1709. *Joh. Mich. Heineccius* scripsit Syllogen numorum Goslariensium antiqq. pariter ac recentt. *le Blanc* in tractatu historico de numis Francorum eorumque figuris, ab initio monarchiæ ad hæc usque tempora. *Graverolus* vulgavit dissertationem de numo græco æreo Imp Trajani. *Rainsantius* in dissert. super XII. numos Domitiani. *Petrus Mauroccenus* Venetus typis concessit Thesaurum numismatum antiquorum pariter ac modernorum. Joach. Meier de nummo quodam aureo Postumi. Extat & *Joh. Petr. Ludwig* Introductio ad rem monetariam Germanorum medii ævi; Accessit Explicatio numorum bracteatorum in Halensi vicinia repertorum cum figg. Anno 1709. Romæ Abbas *Vignoli* edidit antiquiores Pontificum Rom. denarios; *Joh. Wilh. Pfennick* de rei numariæ mutatione & augmentatione. Cæsares aureos collectos in museo Farnesiano tomis quibusdam edidit in Fol. *Paulus Pedrusius* S. J. Parmæ cum figg. ann. 1694.

Nu-

Numos Saxoniæ illuſtravit *VValckerus*. A. 1710. *Anſelmus Banduri* Ordin. Benedict. in Hiſtoria ſua ultra 8000. numos evolvit, quorum præcipuos æri inciſos exhibet. *Philippus a Torre* de numo quodam Anniæ Fauſtinæ. *Henr. Meibom.* de uſu numiſmatum, ſic & *Egenolffus*, *Geizkofflerus*, *Garzonius*, *Matheſius*, *Poltus*, *Büntingius*, *Hottingerus*, *Blanccius*, *Speelmannus*, *Pagus*, *Gröningius*, *Brennerus*, *Bircherodius*, *Wendius*, *Sperlingius*, *Kederus &c.* de numis haud male meriti ſunt.

§. XI.

Ego inpoſterum Græcorum & Romanorum tam, quam Gothorum, Germanorum &c. numos quosdam exhibiturus ſum. Hac vice unicum, eumque argenteum & genuinum, *Janum* ſcil. bifrontem appono. Habent eundem hunc Gorlæus tab. 18. n. 1. & Croicus Heros tab. 91. n. 9. Add. Acta Erudit. ad A. 1684. menſ. April. p. m. 197. Familiæ hic eſt Furiæ teſtantibus literis, FOVRI. Conf. paſſim eos, qui Familiarum Romanarum numos expoſuerunt. *Conſularis* eſt, a Coſs. nomen habens. Dicti autem Coſs. a conſulendo, Pompon. de orig. Jur. l. 1. t. 2. §. 16. primum creati A. V. C. CCXLIV, annuum habentes imperium, Eutrop. l. 1. p. m. 10. faſcibus duodecim cum tot lictoribus, ſella curuli, toga prætexta, ſcipione eburneo &c. inſignes, Lipſ. de magnit. urb. Rom. c. 8.

p. m. 32. ævo posteriori Calend. Jan. e domo sua cum pompa & solenni officio SPQ. in capitolium deducebantur, Ovid. de pont. 4, 9, Jovi immolantes boves vota concipiebant designati, creati, declarati, renunciati, Brisson formull. l 2. p. m. 163, scil. ut hæc res magistratui, populo, plebique R. bene atque feliciter eveniret, judicibus, PQR. pacem, tranquillitatem, otium concordiamque afferret, Cic. pro Mur. p. m. 471, a capitolio deducti in senatum in LL. jurabant, Plin. in paneg. amicisque munera mittebant, Symmach. l. 3. ep. 51. inque populum pecuniam spargebant, Cassiod. l. 2. ep. 51. defuncto consulatu iterum jurabant, se nihil contra LL. fecisse Cic. l. 5. ep. 2. vis ipsa par erat absolutæ & Regiæ potentiæ, quemadmodum ex S. C. ipsorum fidei, curæ & diligentiæ Respl. commendabatur; *Jano* autem præcipue delectabantur, eoque numos suos signabant, utpote cujus providentiam præ se ferre debebat Consul. De numis Jani ratitis vid. *Wedelius* in propemtico inaugurali Jenæ A. 1693. Fuerat autem jam tum apud Reges antiquos hic Janus in pretio, a quo priorem ex duobus additis mensibus nuncupari volebat Numa. Ceterum Janus hic & Chaos, & Patulcius, & Clusius, & Oenotrius, & Geminus, & Pater Junonius, & Consivius, & Quirinus,

&

& Genius &c. antiquitus appellabatur. Biformis Ovidio 1. Faſt. (αμα προσσω και οπισσω λευσσων) It. cœleſtis janitor aulæ, dicitur. Aliis Bacchus licet male ex נוח derivetur vox Bacchus, melius ſentit Clariſſ. Braunius, propter ſtupendam, quam habet linguarum peritiam non infelix Etymologus; diſſ. 3. §. 54. de planctu חמוץ qui Bacchum cum B. Dilherro in Cacozelia gentill. p. m 9. dici mavult a בכה unde Græcorum Βαχειν quamvis non videam, qui ad Noachum & Joſephum Patriarcham pariter ea, [pluralitati enim Bacchorum non ſubſcribo] referri poſſint. Conf. laudatum Domin. Braun. l. c. §. 54. & 87. Ceterum ipſum Noachum ſub fabularum & recenſitarum appellationum nugis, Ebrii, Sileni, Liberi &c. nominibus innotuiſſe, conſentiunt omnes Antiquarii Conf. Natal. Com. l. 2. c. 2. p. m. 118, Viv. in Auguſtin. de Civ. D. p. m. 388. Macrob. 1. Saturn. c. 9. p. m. 210, Pier. hierglyph. l. 49. c. 20. p. m. 623. & l. 32. c. 20. &c. Linocer. in Jano, Gruter, tom. 1. p. m. 897, Rhodig. l. 7. c. 15. p. m. 301. & ſeqq.

A f. *Victoria lauream imponit tropæo ſpoliis inſigni.* Non ſolum autem numi ornabantur ſpoliis, ſed & in templis & foris, & ædibus & portubus, & foribus, & imaginibus in foribus & circum limina poſitis, ſuſpendere, in tranſeuntium aſpectus arma & exuvias

ex-

exponere, frequentissimum erat. Sed de his infra pluribus.

Hac vice quod restat, & pietatem, & industriam eorum, qui circa lectionum hyemalium finem prodituri, inque Virorum Illustrium, Magnificorum, Præ-Nobilissimorum, Maxime ac Pl.Revv. &c.&c. concione ex cathedra sunt dicturi, commendo, scilicet

I. Johan. Frider. Albini *Oldendorpiensis Ravensberg.*

Juvenis promti, industrii, in literis tam, quam in Musica bene versati. Hic EUGENIUM, CAROLI AUSTRIACI BONUM GENIUM carmine germanico eleganter facto, illustrabit;

II. Joh. Christiani Schledehaus *Nostratis.* Juvenis docti & singulari acumine præditi, qui VIGOS (S. in R. mutato fit vigor, unde nec male ad hujus expugnationem referri potest illud Poëtæ:

Igneus est illis vigor & cœlestis origo)

h. e. Britannorum & Batavorum ad castellum Vigos vigorem carmine heroico nitide exponet.

III. Anton. Herman. Fabricii *Rusteda-Oldenburgici.*

Cui ingenium natura, artes industria, pietas incrementum utriusque dedit; Hic græce

GAL-

GALLUM INFELICITER In ITALIA & SICILIA HACTENUS CECINISSE demonſtrabit.

Hæc in Auditorio majori Gymnaſii X. Cal. Aprilis a ſtudioſis laudatis memoriter proponentur. Agite Patroni & Fautores, adeſte, & dicentes benevole audite. Anno

qVo EVgenIVs GenIVs LeopoLD*o reſtI-tVet reM*

EgregIVs ſpoLIIs EVgenIVs GenIVs.

)o(

DIS-

DISSERTATIO II.

qua prodeunt

Cæſar & Auguſtus









Alter ſpurio, alter genuino numo.
Publice hæc ventilanda exhibebatur Lippiæ,
A. 1692.
Una cum parergis his:

I.

Salvatorem fuiſſe mendicantem, aſſerit Tho-

Thomas in secunda secundæ quæst. 187. Post resurrectionem Richardus Montacutius t. 1. Origg. Eccles. p. 460, & ante eum Alphonsus Tostatus, paradox. 5. c. 34, nudum ivisse docuerunt; Nos utrumque negavimus. Dicis, E. dives fuit, E. vestibus tectus incessit? R. Neutrum.

2.

Drexelius Jesuita frugi, qui in Phaetontis præf. ad L. s. f. de se ait, se eo laborare, ut sanctos & pudicos proponat mores, ut discant homines pie & pudice vivere, óptime loquitur cap. 3. part. 3. Aurifodin. p. m. 260. & 112, Vicaria pietate cœlum mercari, juxta putes, ac sine alis volare.

3.

Esse aliquos in quorundam Sanctorum catalogo, qui non sunt apud Deum in beatorum consortio, testatur numus, quem in cimeliotheca soceri sui reperit Spizelius, Aretini effigiem cum hac inscriptione: DIVUS ARETINUS, confirmat Cardinalis Bessarion, qui cum audiret Calixtum III in Sanctorũ numerum ab aliquibus referri, dixit: Hi novi Sancti plerosque veterum mihi faciunt dubios.

4.

4.

Numus, qui A. 1622. in præfectura Wanslebiana Archiepiscopatus Magdeburgensis una cum grandine in hortum rustici ex aere lapsus, quemque ibi exhibet atque pro prodigioso habet Henr. Ernstius l. 2. cap. 20. observ. suarum, mihi prodigiosus non est.

5.

Gvilbertus Jacchæus Instit. Phys. l. 1. c. 11. male negat ex fontibus S. Scripturæ probari posse aquas supra cœlestes; Male per easdem Kircher. Dial. 2. c. 7. Itin. extatici aquas in cœlestium corporum globos distributas intelligit; Plausibilis est eorum sententia, qui magno numero per nubes, impressiones aereas & pluvias explicant; Nos vero aquas proprie dictas supra cœlum sydereum in prima creatione collocatas intelligimus.

6.

Quicunque statuit autores Græcos & Romanos e scholis nostris exterminandos esse, crassam prodit ignorantiam, nec potest, quin se Quackerismi & Pietismi reum faciat.

7.

7.

Rideret Cicero noſtros tyronum magiſtros Q. & V. literas voce præeundo docentes.

AdReſpondentem tunc ego ita:

Fonte caballino ſeptem annos, ecce rigavi

Te ſtudiis bene fac dicat ab axe Deus.

§. XII.

Octo diſſertationis primæ paginæ abſolvebant generalem numorum prægustum, ſuſtinebat ſequentibus examen noſtrum conſularis; jam Cæſar, quem non piguit quondam (quemadmodum nec Ciceronem corrigere Lucretium & cum cura diſputare ad Atticum Piræcum an Piræum ſcripſerit Cæcilius, & viri ſummi meliorisque eruditionis Atlantes in viliſſimo ſæpe argumento & materia verſati fuerunt, V.g. Heinſius in pediculis, Archippus in aſini umbra, Apulejus, Paſſeratius & Cornel. Agrippa, de quo Jovius, quod exceſſerit e vita in taberna, nondum ſenex, poſtquam paulo ante cani ſuo collare, magicis per clavorum emblemata notis inſcripta, iratus exſolviſſet, his verbis: *Abi perdita beſtia, quæ me totum perdidiſti &c.* de quo Cardanus l. 18. ſubtilitatum ſuarum, de mirabilibus: *Talibus impius*

pius

pius Agrippa librum quartum, de occulta Philosophia, de veneficiis ac venenis replevit, qui de scientiarum vanitate scripsit, homo vanissimus; qui, quæ damnavit, prorsus nesciebat, quæque nesciebat, scripsit, atque ea, si vera fuissent, humano generi perniciosa; Scaliger vero adeo abominatur impietatem Agrippæ, ut nolit etiam memoratas invectiones a Cardano. Nam, *quæ, cum scribis*, ait, *abs te prodita ad Agrippæ confutandam vanitatem, picis illius tractatione, atrum te atque etiam fœdum, aut istos tuos libros evasisse necesse est.* Sic & a crimine magiæ ipsum absolvunt, Wierus l. 2. de præst. Dæmonum c. 5. § 11, Naudæus, de viris falso magiæ suspectis, Crenius part. 2. Animadversionum Philolog. & Historicarum p. 13. Fechtius in annott. ad Rechenbergii Breviarium sec. XVI. § 36. n. 8. contrarium affirmant, Delrio, Schottus, Seidelius & Reineccius in clave sua l. 2, c. 17. p. m. 418. quibus addatur Elichius in Dæmonomagia quæst. 16. p. 203. Conf. Bailius in Lexic. & Vœtius in disputationibb. selectis part. 3. de Magia p. m. 616. in ipso asino Lucianus, petulcus ille sannio, Deorum hominumque irrisor, de quo evolvatur Svidas in voce Asinus, & Hotting. in Hist. S. sec. f. cap. 2. sect. 2. p. m. 55, in Musca, Mirandula in Barbarie, Erasmus in Moria, Bilibaldus Pirckheymer, cui Conr.

Rit-

Rittershusius hoc posuit monumentum; *Consules quidem quotannis moriuntur, Bilibaldus vero Pirckheymerus, non quotannis nascitur*, Fabritius, Campanus & Saubertus, qui etiam addidit calculum, in podagra, Calcagninus in podice & Joh. Scaliger in pulice, Majoragius in luto, Hegedorpius & Salerius in Ebrietate, Tornavius in Invidia & Scarabæo, larvatus quidam Curtius Joel in Ulula, Paulinus in Bufone, Talpa, Angvilla &c. Tappius in Tabaco, Marcion in raphano, Cato in brassica, Phanias in urtica, Diocles in Rapa, Mirandula in Barbarie, Passeratius in Cæcitate, Huttenus in Febri, Hippocrates in jusculento hordeaceo, (Zanckius in scabie, Glacus in Injustitia, Libhardus in Loco secreto, Sinesius in calvatie &c. &c. Conf. Casp. Dornavius in Amphitheatro Sapientiæ Socraticæ Jocoseriæ tom. 1. f. 24. & tom. 2. f. 262, Besoldus in Thes. part. 2. p. 39. Zeilerum Cent. 1. Epist. Ep. 1. p. m. 3, 4, 5, 6. Michael Meier in compendio miraculorum p. 6, & Floyderus in Orat. p. 15. seqq. &c. &c.) musinari de Analogia, aut scribere AntiCatones, quos L. Vives ad calcem Annot. in c. 23 l. 1. Augustin. de C. D. in antiqua Leodiensium Bibliotheca esse, testatur, vide etiam Macrobium in Saturn. l. 1. c. 5. p. m. 193, nobiscum in arenam descendat.

§. XIII.

Sistit itaque se CAJ. JUL. CÆSAR, (de quo Jul. Cæs. Scaliger, quod notavit Joh. Bergius Rutenus, & recenset Georg. König in Oratione de studiis virorum illustrium in condendis Bibliothecis, non posse quicquam vere dici, quin de omnium Imperatorum & gentium omnium laude detrahatur, ait) & spurio prodit numo Dictator hic perpetuus. Facies aversa tria hæc exhibet, Veni Vidi, Vici, in aliis legi V. V. V. relatum vidimus. Anton. Augustinus, stans ante JCtorum Philologorum & Antiquariorum prima signa cui Schottus, non Gaspar sed Andreas l. 4. Tullian. Qvæst. c. 6. cedere jubet Scriptores Romanos, cedere Grajos, cujus numorum imagines Dionysius Octavianus Sada ad Jtalicam Editionem typis Romæ efformavit buxeis, ad latinam vero seorsim Jacobus Biæus æri graphice incidit Antwerpiæ A 1653, dialogo XI numorum antiquorum p. 179. spurium hunc nostrum esse, satis probavit. Obviam fiunt freqventer tales. Gvevaræ aliquando Roma mittebantur numi Sibyllarum. Harum oracula ex veteribus codicibus emendata ac restituta & commentariis diversorum illustrata opera & studio Servatii Gallæi prodibant Amstelod. 1689. in 4. De Vaticiniis Sibyllinis, quot-

quot

quot Christi natalem præcessisse leguntur ad libellum Isaaci Vossii bis editum conscripsit Exercitationes quasdam M. Joh. Reiskius, quibus accessit dissertatio de nummis duobus Sibyllinis Lips. A. 1688. Sic & extant Theologi cujusdam Parisiensis Castigationes ad opusculum Vossii de oraculis Sibyllinis & ejusdem Responsionem ad objectiones nuperæ Criticæ S. Londin. 1684. in 4. Joh. Marckius de carminibus Sibyllinis duodecim scripsit Disputt. Academicas Franeck. 1682. in 8. Ex veteribus codicibus auxit, renovavit & notis illustravit Joh. Opsopæus. Sibyllina Oracula quæ edidit cum interpretatione latina Sebast. Castalio, Paris. in 4, 1599. Extat etiam HistoriaDeorum fatidicorum, Vatum, Sibyllarum, Phoebarum apud priscas illustrium, cum eorum iconibus, Genevæ in 4. A. 1675. Addatur Tobiæ Wagneri Theol. Tubingens. Inquisitio in oracula Sibyllarum de Christo Tub. 1664, & Hottingeri Pent. de Script. suppostitiis p. 58. & seqq quibus jungatur Danhawerus in Theol. Consc. p. 19. & Pfeiffer in Antichiliasmo c. 9. p. m. 435. nec non Daniel Clasen de Oraculis gentilium & in specie de vaticiniis Sibyllinis libb. 3. Helmst. 1673. sic & Erasmus Schmidius A. 1618. tria edidit volumina de his. Εγγαςριμαιναδας facit Eusebius in Demonstratt. suis Evangell.

idem fere ſentiente Livio, Svetonio, Varrone, Lactantio, Ambroſio, Henkelio, Hulſemanno &c. Juſtinus in oratione ad gentiles harum carmina divinæ eſſe ἐλλάμψεως, credit; De quarta Virgilii Ecloga idem ſenſiſſe Euſebium, refert Buchnerus in peculiari Oratione, quam A. 1641. in Catharinalium ſolennitate habuit Wittebergæ, de Organo Ariſtotelis idem ſummum quendam ſtatuiſſe Lipſienſium Theologum, mihi Friderici Academiæ ejusdem Orientalium P. P. recenſuit; de Sibyllis his conf. etiam Cornel. a Lapide in comment. ad Pentateuchum & quidem in encomio Script. n. 38, l. 1. c. 11. & Caſaubon. Exercit. 1. ad annales Baronii n. 18, cui quidem inſurgit Montacutius, Caſauboni partes egregie poſt defendente Jacobo Capello in vindiciis c. 11, cui ſe aſſociavit Reineſius in epiſtola per doctiſſimum Schubartum edita. Compilatorem horum carminum fœtum hunc ſuum Ignatii (quem A. C. CVIII. paſſum fuiſſe tradit Petavius 13. dogm. Theol. de Hier. Eccl. l. 1. c. 12. n. 14. p. 668, Baronius vero A. C. CIX. demum Romam ad ſuſtinendum martyrium eundem vult ductum, t. 2. Annall. Ann. IX n. 5. p. 37.) tempore nondum excluſiſſe probat, Nicol. Vedelius Exercit 3. in Epiſtoll. Ignatii, cap. 17. p. 155. & ſeqq. Circa A. C. vero CLXXIII. aut etiam CLXXX. par-

tum hunc luci expositum fuisse hariolatur Jacobus Capellus l. 1. Vindic. pro Casaubono c. 11. p. 19. & seqq. suspicans Montanum alteram Prophetissarum harum fuisse, cui calculum adjicit Sam. Maresius part. 2. Syllog. Disputt. Selectt. p. m. 491. & seqq. superavit vero hanc conjecturam Blondelli demonstratio singulari scripto Gallico A. 1649 edita, qua docetur, Sibyllini operis consarcinatorem circa A. C. XXXVIII. floruisse. Vide hæc referentem Quenstedium in dissert. de Dissensione Ecclesiarum Orientt & Latt. in dogmate de Purgatorio §. 8. p. m. 23. Sibyllarum harum partes in se suscipit famosus ille Arnoldus part. 1, l. 2. c. 2. § 7. p. m. 60. Hist. suæ ubi post alia: Man hat eben keinen grund weder aus den Historien / oder aus dem Sinn der gedachten aufrichtigen ersten Kirchen Lehrer (V. g. Justini, Irenæi, Theophili Antiocheni, Clementis Alexandrini Lactantii & Eusebii) zu argwohnen / daß sie dieselben denen Heyden durch einem piam fraudem, oder gute Absicht hätten erdichtet und also vorgeleget. Indem sie viel zu vorsichtig waren / als daß sie bey entdeckung solches betrugs die lautere warheit / die keiner List bedarff / also prostituiren und in Gefahr setzen solten. Petersenio in der Ablehnung der schändlichen Aufflagen &c. p. m. 28. perplacet judicium Castellionis in epist. ad

Maurum Musæum A. 1546. quod est: *Sunt nonnulli, quibus hæc oracula sibyllina nimis aperta videantur, ideoque ficta putent ab aliquo Christiano ad pelliciendos gentiles, & ad Christianis gratificandum. Qui autem nimis aperta putant, faciunt arroganter sane, qui Deo vaticinandi modum præscribunt, quasi non ei liberum sit, aperte, obscure apud gentiles, apud Judæos, futura suo arbitratu prædicere, aut quasi non extent in sacris quoque literis prædictiones quædam clarissimæ. Nonne, quæ de Christo gentilibus prædicta sunt, ea clariora esse oportuit, quod Mose & cetera disciplina carebant, quæ eis ad Christi lumen quasi prælucceret, ut, quod hic deerat, id oraculorum perspicuitate resarciretur. Quanquam non debemus hæc oracula ex ea, quæ nunc est, luce existimare. Nam quæ nobis post res gestas notissima sunt, ea, cum futura prædicerentur, erant obscurissima. Siquis ea finxisset, profecto obscuriora de industria fecisset, ut ante rem gestam scripta & dissimilia viderentur, quæ sunt in sacris literis.*

- - - adeo conspirat, amice
Nobile par fratrum.

Reliqua evolvi possunt apud Henckelium de Sibyllis, Antonium van Dalen de vera & falsa Prophetia p. m. 326. & seqq. Hulsemannum de natura V. & N. T. c. 14. §. 20. seqq. &c. &c. Circumferuntur etiam S. Petri, Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Virgilii, Ovidii &c. numi, sed exiguæ fidei.

De

De se ipso fatentem habeo Æneam Vicum Parmensem [cujus primorum XII. Cæsarum delineationem in tabula scitissime scriptam, inter κειμηλια sua servabat Raphael Trichet du Fresne, prout & de hoc sibi gratulatur Labbeus part. 1. Bibl. Numar. p. 407, mihi vero iidem Imperatores sunt Johannis Stradani expressi, & editi a Philippo Gallæo, C. Julii Cæs. vero noster, quem exsc. Ant. Sid. tanta arte factus est, ut nihil supra] qui ait; *Cum deessent quibusdam numis icones, ego supplevi.* A peritis interim & qualitate & forma a genuinis differentes, facile dignoscuntur. Excelluerunt quidem hac in plastica nonnulli adeo, ut numos antiquorum tam feliciter expresserint, ut voluptatem præbeant spectanti, nihilominus tamen non potuerunt, quin interdum peccarint, dolusque aut ex literis aut imaginibus patefactus fuerit. V. e. Est mihi talis ex plumbo nitide factus, conspicitur caput parte una radiis cinctum cum epigr. Imp. C. PROBVS P. F. AUG. Aversa exhibet statuam togatam sub pileo, adjecta inscriptione, PAX AUGUSTI XXIC. Cupreus, in quo circa caput legitur VIRGILIUS MARO, fac. av. E. P. O. Cupreus alius cinctum habens caput lauro adjecta dictione MENSOR, facie aversa birotæ insidet victor, quam sequitur pedes stolatus.

Plumbeus eſt. Plumbeos in Urbe publica autoritate cuſos olim non fuiſſe, docent Antiquariorum monumenta teſtatur plumbeus pugio &c. Conf. Jobertus in Notitia rei numariæ, p. m. 28. ſeqq.

Caeſaris eſt. De Cæſaris nomine immane omni ævo inter Grammaticos geſtum eſt bellum, præliantur & calamos ſtringunt, interim adhuc ſub judice lis eſt. M. Jſaacus Pölman in carmine, quod præfixit Joh. Bödickeri Grundſätzen der teutſchen Sprache idem eſſe putat ac Germanorum Haiſer oder der Heißer / unde H. in K. mutato Kayſer Joh. Tob. Major in exercit. de natura & cultu Angelorum facta collatione Theologiæ Paganæ, Muhammedanæ Judaicæ & Chriſtianæ §. 70. docet Cæſares lingua Etruſca vocari Eaſares cujus veſtigium in Moſcovitica remanſerit lingua, Czar; Nic. Selneccer in notis ad Acta Ap. ad c. 25. p. m. 285. *Caeſar Romana lingua Regem ſeu Imperatorem ſignificat, gravem, ſapientem & ſenem virumq; adeo ut communi nomine omnes Imperatores Romanorum Caeſares nominentur a caeſarie id eſt comis, S. capillis prolixis & longis.* Crediderunt ſe inveniſſe, non quod pueri in faba, qui in tab. 4. num. 19. & 20. Auguſtini numum oſtenderunt altera facie elephanti, imaginem atque Cæſaris appoſitum nomen præ ſe ferentem, ſibique perſvaſum habent a-

vum

vum Caji Julii noſtri Cæſarem eſſe dictum quod elephantem in bello Punico, qui ibi Cæſar appelletur, occidiſſet. Et his præit Franciſcus Robertellus de prænom. Romanorum militans ſub Servio idem tradente ad vſ. 236. l. 1. Æneid. p. m. 133. At falſum eſſe Robertellum cum ſuo Servio docent me LL. & ſolidioris eruditionis Atlantes. Maurorum lingua elephas dictus fuit Cæſar teſte Pierio l. 2. Hierogl. c. 2, a quo Robertellus & Servius habentur inepti, ſpectare potius ad munificentiam, quod in numo eſt, qua Cæſar exhibuit in triumpho & theatro elephantos; Addatur Bochartus in Phaleg. p. 2. l. 2. c. 10, Hornius in Elephante p. 7, & Caſaubonus in notis ad Spartianum. Per elephantem Ægyptios quondam notaſſe dignitatem Regiam, quemadmodum per arietem ſtoliditatem, ex Hori libri 2. c. 81. refert Kircherus, ad cujus mundum ſubterraneum Ferd. III. & Leopulds I. Imperatores, Moguntinus & Palatinus Electores, & Auguſtus D. B. & L. maximos impenderunt ſumtus, in Oedipo, Synt. 2. c. 8, p. m. 58. Magnum magna decebat. Bellua enim eſt elephas, in cujus ſtomachi fundo arundinem radicatam in folia jam effloruiſſe, advertit quondam Europæus in India medicus teſte Kirchero laudato in Chin. ill. part. 2. c. 5. p. m. 79. Conſecrationis ſymbolum

lum etiam fuisse elephantum relatum legimus a Svetonio in Claud. Quid obstat, quo minus ego faciam cum Siginio, qui in libro Emendationum Robertellum male hunc numum explicantem, perstringit, & Plutarcho in Cleomene facit fidem tradenti, angvem seu Draconem in Cæsaris numo elephanto subjacentem Heroibus sacrum fuisse, & in Patris s. Avunculi magni honorem hunc percussisse numum Augustum. Extat Cæsaris alius quadrigas habens elephantorum ludosque, ob devictum Jubam & Scipionem Vid Plutarch. in Cæs. & Dione l. 43. Quid? quod Caji Marii sistit elephantum, quod hieroglyphicum notat Africam ab eo domitam; Si vero quispiam mallet assentiri his, qui ex numo isto, quem etiam exhibet Tristanus Comment. p. 30, hallucinantur calcare Jubam Cæsarem, provinciæ angvibus & Draconibus refertæ Dominum, hastam ejus fundo non sum injecturus. Supradictus Caspar Hornius æri incisam figuram hanc cui e nube manus porrigit coronam suo elephanti præfixit, cum lemmate: *Laudis diademate dignus.* Finxit artificis manus numisma, quod mihi est argenteum moduli medii, in cladem Danorum Scandianam petitur nimirum summa vi a capricono elephas, adscripto lemmate; *sic monstra pellere regno quis crederet?*

Fa-

Facie averſa volat fama, ſiniſtra tenens folium cui inſcriptum, *Scandia liberata*, ſub pedibus vero legitur D. 10. Martii, 1710. & in ſuperiori parte numi, *Deo Vindice.* Anno 1713. vero majoris moduli nobis concedebatur moneta, quæ una pagina exhibet caput Regis Daniæ lauro cinctum cum epigraphe: *Fridericus IIII. D. G. Dan. Norw. V. G. REX*, in altera vero molli pede elephas capricorni genu ponentis caput humum verſus incurvat cum epigraphe; *Quantum mutatus ab illo*; in inferiori parte vero: *Capto exercitu Suecico ad Tœnnig. d. 17. Maj. 1713.* De ordine equeſtri Elephantino diſputavit Jenæ A. 1705. M. Friderich Henrich Jacobs. Plinius, qui, quæque audivit, aut apud Græculos mendaces legit, pro veris & compertis, licet falſiſſima, narrat & abſurdiſſima, ob idque apud doctos male audit, quemque Pater noſter (Pater noſter Paulus, hoc titulo Antiſtitum ſuorum quemlibet condecorare Abiſſinos, tradit Ludolphus in notis mihi MSCtis, ad confeſſionem Claudii not. XI quod idem nomen ſibi vendicant Indorum novi Apoſtoli Patres Pauliſtæ, vel Paulini ab ipſis appellati; Franciſci Eraſm. part. 4. des Trauer-Saals Hiſt. 15. p. m. 33.) Martinus Lutherus tom. 2. in Geneſ. f. 154. quem & propterea odit, quod naturam ſic accuſet, quaſi noverca, & non potius alumna

mna ſit &c. &c. credit, Scipionem Africanum ex utero exciſum, primo Romæ Cæſarem dictum fuiſſe, verum diu ante Scipionem hunc apud Romanos nomen *Caeſar* in uſu fuiſſe, probat exemplis Joh. Glandorp. Monaſterienſis in Onomaſtico Romano, p. 419. & ſeqq. & procul dubio hic ipſe fuſius egit in libellis ſuis de gentis Juliæ familiis & Antoniorum ſeorſim editis, quorum copia mihi non eſt, nec in omnium verſantur manibus. Cæſus hac ratione, non Cæſar appellandus fuiſſet. Conf. Caſaubon. in Sveton. p. 4. Verrius Flaccus Cæſaris nepotibus præfectus Magiſter, Sveton. de illuſtribb. Grammatt. c. 17. a Feſto in nucleum redactus vult eſſe dictum, a cæſarie qua natus, qua Cæſar & dictator in nummis genuinis & effigie mihi rariſſima tonſum habet caput. Cultrum ego pro diſſolutione aut inciſione poſitum, reperio apud Jamblichium ad Porphyrium. Per eundem vero notari Cæſarem, fabulam ait eſſe juniorum, Pierius l. 42. p. m. 536. Nomen eſſe latinum veriſimile eſt. Annon e Latii ad peregrinas potuit meare oras, quod teſtamento tranſiit ad ſucceſſores? Cramben a Svetonio, Plutarcho, Dione, Golzio, Buchnero &c. coctam recoquere, moleſtum mihi eſt.

Dictatoris eſt. Anno XII, aliis XI. poſt exa-

exactos Reges Dictatura, regia potestas honestiori convelata titulo, postulante emendationem Repl. reducebatur Harmosstas provinciarum suarum constitutores appellabant Spartani, quibus potestate Regia præditis pro Regibus aliquando utebantur. Civibus Romanis ad LL. tutelam magistratus non sufficiebant, quare opus erat instituto, si non optimo, ad præsentem tamen civitatis statum accommodato, Dictatores puto, qui gubernacula soli acciperent, & pro arbitrio suo, quoscunque cives etiam domi bellique bonis multare, exilio, virgis, capiteque plectere, magistratus, quibus vellent, dare vel eripere possent castrenses, in Rempl. introduxerunt, a quorum dicto nulli provocare, fas erat. Mirifice autem, tam ad res bellicas administrandas, quam seditiones civiles, faces, quas Tullius vocat nefarias extingvendas, salutare & necessarium fuisse, constat. Sex duntaxat erat mensium, ad Sullana usque tempora, difficultatibus expeditis, tanto honore abdicabant, præfinito a S. P. Q. R. tempore. Sub Albanis horum & origo & nomen. Primi enim hi Regia deficiente stirpe, annuos crearunt magistratus cum potestate Regia, & Dictatores hos appellarunt. Primum e Patriciis consularibus, postea communicato cum plebe Consulatu & Consulares

res Plebeji admissi sunt. Primum Consul Senatus, dein & populi dicebat eum jussu. Primum, cum a Senatu scilicet nulla ad Populum a Dictatore esset provocatio, & hoc facto omnium aliorum magistratuum resolveretur vis & potestas, in ipso solo cuncta summi imperii permanens, nec usquam, nisi in cura parendi, cuique auxilium esset, si sine comitiis quam plenissimum imperii jus posset accipere, optima lege creatus dicebatur; Postquam vero Populi jussu dici cepit, & provocatio ab eo ad populum data est, postquam M. Duilius Tr. Pl. A. V. 304. legem de non creando magistratu sine provocatione, tulit, desitum est adjici, *optima lege creatus*. Purpura, fasces cum securibus viginti quatuor & equi phalerati ad nutum ejus erant, quamvis vetusta quadam lege equo vehi Dictatori nefas haberetur. Dionys. l. 10. Plutarch. in in vita Fabii, Pierius, l. c. Pedes inter cives versari debebat Dictator Maximus magistratus, hoc tamen inferior, Dux nempe inter pedites manere debebat, locumque non deserere, sed suo hortari exemplo, quandoquidem majores pedestribus inesse arbitrabantur copiis vires. Dignitas antiquitus admodum sancta erat, at insolentia Syllæ & hujus Nostri multos præ se ferentis Syllas, nomen, ceu tyrannicum, S. C. abole-

bolevit, cum incepisset A. V. 252. Dictatore primo Tit. La. Flavo. Dicere interim, Cæsarem, Augustum, cum Ampelio & Eutropio dictaturæ antiquæ honore atque nomine regnare, est minus Romane loqui: Nebulas has in pariete pictas, ipsis vendidit Florus l. 4, c. 12. §. 66. ob hæc inquiens, Augustus Dictator perpetuus dictus. At Octavium Dictatoris nomen tulisse nunqvam, in veterum annalibus testatissimum est. Antonia Lege abrogatum ei afferebat P. R. A. V. 731, ipse vero genu nixus dejecta ab humers toga nudo pectore deprecatus est, referentibus, Vellejo Pat. Svetonio & Dione.

Lituum cernimus, Auguratus symbolum, Viro Principe non indignum, quippe qui coeli templa inspicere eo tempore non dedignatus fuit, Cic. l. 1. & 2. de Divinat. Livius, l. 1. & Gellius l. 5. c. 8.

Adversa facies exhibet tria verba, inter pompæ ferculo pontico triumpho prælata, belli celeriter confecti notas, VENI VIDI VICI, ingenuinis nunquam, in literis vero ad F. non Ciceronis in Cæsarem nostrum sæpe commata jacientis; sed Caji Julii, a quo, cum Servilia M. Bruti mater pretioso ære parvo fundum abstulisset, subjiciente hastæ bona civium, Tullius; *Equidem quo melius emtum sciatis, comparavit Ser-*

 vilia

vilia hunc fundum tertia deducta; Tertia autem filia erat Serviliæ, eademque Craſſi uxor, laſciviente Dictatore noſtro tam in matrem, quam in puellam) freqventer obvia.

§. XV.

Sed fac Te videamus Auguſte cupro eoque genuino.

Pontifex Maximus diceris, Macrobio Rex Sacerdotum, Numa dignitatis hujꝰ autor ſacerdotum principem ita vocabat M. Martium primum Pontificem M. creatum. Si Varroni quidem, (qui Plutarchi, γεφυροποιοὺς dicentis, nititur autoritate,) fidem habemus, a Pons & facio, (pontem ſublitium enim regnante Anco Martio factum fuiſſe, traditum eſt.) dicuntur; Diſſentit vero Scævola P. M. vultque a poſſe & facere, alii, quod potentia ſacra perficiant, appellatos. Dignitas Regiæ majeſtati par Græcis par Romanis Quondam, Patricii ſolum, deinde obtinente plebe ex plebejo Pontifices ſumebantur corpore. Cæſar noſter Imperator juvenis expulſo Metello, non ſine profundiſſima largitione æris alieni, poſtquam matri oſculanti, domum ſe, niſi Pontificem non reverſurum, prædixerat, Pont. Max. factus eſt. Hunc ſibi ſumſiſſe honorem Imperatores uſque ad Gratianum (quem tamen titulo hoc abſtinuiſſe ultro, ſe relatum legiſſe apud Zoſimum l. 4. Hiſt. ait Spondanus in

epit

epit. ad Annal. Baronii p. 411.) testantur ipsi numi, testis est Gruterus Criticorum ocillus hanc recensens inscriptionem GRATIANUS, P. F. MAX. VICT. AC TRIUMF. S. A. PONT. MAX. GERMANIC. MAX. ALEMANIC. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. Sancta erat potestas, Oraculum consulebatur a populo, tabulæ ecclipsium anni, mensiumque penes ipsum erant, summus erat judex & vindex peccantium, tam magistratuum inferiorum, quam Vestalium, qualem censuram Domitianus in Corneliam Maximillam incesti ream, arrogavit sibi teste Xiphilino in Domitiano p. m. 231. inquiente, ουδέ τῶν αειπαρθένων εφείσατο, ουκ ενεγκων εις τῶν ποντιφενων ἐλουίος Αγριππας, αλλ εκπλαγεις αυτας εν τω συνεδριω ωσπερ ειχεν αποψυξα. Mr. Cousin p. m. 278. *Il n' epargna pas même les Vestales & en punit quelquesunes, comme si elles eussent violé la continence dont elles faisoient profession. Ceux qui etoient soupsonnez de se crime aiant été recherchez & punis avec une extreme rigueur, Elvius Agrippa à qui ces poursuites paroissoient tout à fait insupportables fut étranglé dans le Sénat, ou il s'étoit retiré comme en un lieu de seureté.* Augustus noster sibi sumserat cognomen Cæsaris testamento avunculi majoris sui, sententia Munacii Planci appellatus Augustus.

Altera facies aram exhibet surgenti-

bus flammis, cujus latus cingunt Victoriolæ. (De his vide infra literas Olearii ad me exaratas, videbantur enim tunc mihi faces ardentes: cum inscriptione ROM. ET AUG. Inter aras (Varroni l. 5. ansas dictas) Numini sacras, una erat maxima [Pontificii vocarent, den hohen Altar] ante Æneæ adventum in Italia constituta, apud quam nec lectisternium fiebat, nec sacra operto capite, alias velati sola lauro capita, non alia fronde. Pacis hanc esse conjicio. Si quis vero pro maxima habeat, a me non vapulabit. Et tantum de numis secunda.

DIS-

DISSERTATIO III.

TRES AVGVSTOS,

Duos æreos & unum argenteum exhibens;

Qua

Ad quatuor orationes publice ipſis Idibus Septembr. memoriter habendas

LIPPIAM DOCTAM

Obſervanter & officioſe

invitabat

M. ZACH. GOETZE, Mülh.
Gymn. Lipp. RECTOR.

Nimirum in concione ſpectabiliſſimorum virorum dicebant quatuor optimæ indolis adoleſcentes, ſcilicet *Joh. Wilhelm Thöne* Suſatenſis, Regum Principum, Imperatorumque bellicorum, Turcorum Gallorumque conatus hactenus infringentium encomia Græce

recensebat, cui suam conjunxerat diligentiam *Theodor. Andreas Kellerhaus*, hodie Past. primarius ædis primariæ in patria Lippstadio, qui carmine heroico invictissimi Imperatoris Leopoldi Cæsaris Augusti in eosdem Turcos, exponebat victoriam. Tertius *Johan. Rose*, hodie J. V. D. & Causidicus ibidem in patria ad ductum Ciceronis pro L. Manil. Potentissimum Wilhelmum III. potentissimis confœderatis commendabat. Quartus tandem *Joh. Christoph* Schreiber Aggeripont. Thuring. carmine Germanico laceram Palatinatus faciem delineabat Anno, quo scribebam:

VIVe DIV Vrbs HaLa VIVe
tVVs IaM regnat ApoLLo.


II
DIVVS AVGVSTVS
PATER
II
S C
I
AVGVSTVS PAT
I
S C
PROVIDENT
III
C L CAESARE
III
CAESAR AVGVSTVS
IV
C L CAESARES
IV
CAESAR AVGVSTVS

§. XVI.

Licet de numorum utilitate & nobili ſcientia integra extent volumina quorum quædam ſupra nominavimus, non tamen vereor iſtis tria hæc addere, & quidem ἐν λόγῳ. Octavius Ferrarius, de re literaria egregie meritus & cujus opera varia A. 1711. emendata edidit Johannes Fabricius in epiſtola ad Franciſcum Vitellium pontificium ad Venetos legatum, p. m. 51. *Neſcio, quid magis admiratus ſim, quando me in tua induxiſti penetralia, hoc eſt, in muſeum tuum, venerandæ antiquitatis ſacrarium; Romanam graecamque hiſtoriam, auro, argento, aere per ſacros vultus & pares aeternitatis literas ſignatam, faſtorum paginas, vivasque Conſulum effigies non interrupta ſeculorum ſerie numis expreſſas, imperatorum populum, auguſta caeſarum ora injuria vetuſtatis nuſquam victa, tot ingeniorum atque artificum miracula &c.* Inſanire ſane inertibus veteres emendo ſtatuas Damaſippus videtur, & is, qui multum temporis in æruginoſo cupro, aut detrito ære conſumit in otio ſtertit aut muſcas captat imperitis; Sique forte ὅλον τὸ πρόσωπον texerit flammeo, tam ſeveram in eum inſtituunt inquiſitionem, quam Catonis poterat eſſe in mores antiquos, aut Albani in miſeros Belgas; quos tamen in moneta memoriali expreſſiſſe effigiem leonis, columnæ, in qua Albani ſtatua erat erecta

recta alligati, cujus collare inquisitionis nomine insignitum musculus rodendo rumpebat, addita inscriptione: *ROSIS LEONEM LORIS MVS LIBERAT*; In postica dein parte Pontifex & Philippus, cruces, caducea, ceteraque pacis insignia offerentes, leonem, ut sibi rursus collare indui pateretur, invitare videbantur, sed leo renuebat cum inscriptione; *VINCIRI LEO PERNEGAT*, ut refert Thuan. l. 49. Plurimum sane III Viris monet. debemus, quotquot certa rerum documenta assequi, sepulta ab inferis revocare, errata ac oscitantiam scriptorum convincere, dissensiones componere, denique perpetuum industriæ atque laboris nostri fructum capere volumus. Horum sine cognitione ubique fere offendes, ac cespitabis. Nec absurde me loqui credo, si omnem plane rerum Romanarum & Græcarum seriem e solis numismatis hauriri atque percipi posse dixero. Unde vultum; unde habitum heroum priscorum? unde insignia ad religionem pertinentia, aut bellorum magistratuumque instrumenta? Unde templorum ararumque veterum structuram, togam, sagum, triumphorum superbiam, superstitionisque mysteria cognosces rectius?

Hortum pendentem, portas Babylone superbas,

 Ar-

Ardua Pyramidum Pharii miracula Regum,
Structam aedem formosam Ephesi Tibi, Delia, sacram,
Phidiacumque Jovem factum niveo ex elephanto,
Mausoli bustum caelatis marmore signis,
Herculis erectas famae monumenta columnas,
Deinde Phari turrim nautis ex marmore factam
Miramur. Sed fracta jacent haec omnia, nummi
Artes, virtutem heroum, monumenta recensent.

Pono, nos defecisse historias scriptas, numos, nisi longinqui temporis labes & babarorum atrox atque R. nominis deletrix injuria maximam eorum partem intercepisset, restituere potuisse, firmiter persvasus sum. Ubique docent. Aldrovandum illum Ulyssem illustrandis iis, quæ circa animalium symbola jam ediderat, aut de novo apparabat a Peireskio multa, maxime vero Asiatica, habuisse numismata, tradit illustris Gassendus in hujus vita p. m. 35. Nec solum integros pecuniæ cumulos in varias peregrinationes in diversas regiones insumsit optimus ille Ulysses, obque delineationem unico pictori per triginta annos & amplius annuum ducentorum aureorum stipendium persolvit; Sachs. γαμμαϱολογ. l. 1.

c. 1.

c. 1. p. m. 10. ceu refert sed & cum sanitatis suæ dispendio adeo sagaci oculorum & mentis ornatura animalium cognitione incubuit, ut, tradente Petro Castello. in Illustr. Medic. vit. p. 251. in senectute oculorum lumine lumen hoc literarium orbatum fuerit. Ferit vertice suo sublimi sydera illustrissimum eruditi orbis sydus Carolos Dux Crojus & Arschotanus, a laudato Dno de Peiresk pro multis aliquando cimeliis nihil accepturus, quam numum æreum Johannis illius, qui Theodosii ac Placidii Valentiniani temporibus arripuit imperium. Ipse ego aliquando post habui aureos aliquot Thasiorum Herculi & Massiliensium Dianæ. Conf. Meibom. in programm. de usu numism. in studio hist. hæc eadem mecum tractantem

§. XVII.

Quam vellem ego, integra quædam prodiret societas, quæ circa tam nobilem occupata thesaurum utrinque & antiquitatis secreta, & historiæ late patentes perscrutaretur campos! Certe instituto tali nihil foret nobilius, nihil utilius. Oculi plus vident, quam oculus. Lapsus hic facilis est. Non sufficit unus omnia tot, ac tam variorum κρυφια exsculpsere. Αι πολλων χειρες πολλȣς κρȣπτȣς συναγȣσι.

§. XVIII

§. XVIII.

Inſpiciendus nunc eſt *DIVUS AUGUSTUS PATER.* Æreus eſt, & nobili ærugine ſplendet, quod, cum minus in tali deſideretur, eo pluris facimus.

DIVUS appellatur omiſſis reliquis titulis Cæſaribus alias præponi ſolitis, vel quod in hoc κατ ἐξοχὴν omnes reliqui contineantur, vel quod Noſtro mortali faſtigio egreſſo, cultumque mortalium omnino merito honor hic deberetur. Diſplicet quibusdam Divi nomen, non tamen Lipſio puræ atque emendatæ latinitatis ſtudioſo, Dallæus de cultus religioſi objecto, l. 3. c. 30. p. 523. & ſeqq. Quid alii ſentiant, vid. apud Fileſacum l. 1. c. 4. p. 59. Voetium Diſpp. ſelect. p. 3. p 286. & p, 434. & Dietericum in Antiqq. Biblicarum V. T. prolegomis p. 3. Divina non tantum ἀποθεωθέντες abſtuliſſe nomina, pro varietate temporum varia, in quibus communiſſimum, quo DIVI dicebantur Imperatores & DIVÆ Auguſtæ, non tantum inſcriptiones ÆTERNITATIS reportaſſe, quam in Titi, Domitiani, Trajani, Adriani numis ſpecie virginis ſtolatam velatamque, & non raro capita ſolis ac lunæ tenentem, videmus. Sed & inſignia aliorum Deorum, habitumque divinum impetraſſe, qualis quidem Apollinis, Mercurii, Herculis, Geniorum, Junonis

item,

item, Veneris & Cereris, quorum Numinum singulorum mysticam significationem e mystagogia Ægyptiaca in Obelisco suo Panphilio nobis aperit supra laudatus Kircherus Sect. 3, c. 5. p. m. 96. codicis Rom. in f. maj. & seqq. constat. Indeque est, quod in numis augustiores aras, grandiores victimas, mediam inter Deos, auro stantem aut ebore sedem, radiatumque caput ostendatur. Concedebatur talibus etiam fulmen & corona radiata cum astro in vertice. Vid. Bernegg. in notis ad Paneg. Plinii. Conf. aurea Illustris *Cuperi* mei Apotheosis Homeri & erudita Differt. de consereatione Principum *Grubelii*, nec non evolvantur libri tres Apotheoseos tam exterarum gentium quam Romann. Georgii *Pictorii.* Ante vero an, an post obitum Augusti hic noster sit cusus N. L. Celebrat Valerius etiam Tiberii vivi divinitatem in prolog. ad Tib. Cæs. Aug. a quo discedere videtur Tacitus l. 15. annal. f. f. inquiens: *Deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit.* At facile conveniunt, si a publicis privatos in dandis titulis affectus distinguamus. Ex affectu poëtico Noster Vivus appellatur Divus ab Horat. Od. 5. l. 3.

--- Praesens divus habebitur
Augustus, adjectis Britannis
Imperio, gravibusque Persis.

At

Ad quem modum Naſo de viva Julia Auguſta.

Cum tibi contigerit vultum Iunonis adire, h. e.

Juliæ, cum ex more publico poſt mortem demum fieret Ἀποθέωσις nominaque defunctorum in Deorum mutarentur, v. g. Auguſti in Jovis, Druſillæ in Veneris &c. Conſecrationis ritus Herodiano l. 4. c. 6. & Plut. in Alex. ἐκθειάζειν, Æliano l. 2. c. 19. ψηφίσασθαι θεῖον & l. 3. c. 30. μετασχεῖν οὐρανοῦ Dioni l. 56. ἀθανατίζειν dicitur. Cic. l. 3. off. In concilio cœleſtium collocare; Svet. c. 88. in Cæſ. referre in Deorum numerum ac recipere in cœlum; Plin. in paneg. Traj. cœlo dicare, ſyderibus inferre, aris, pulvinaribus, flamine colere, templis honeſtare, majeſtatis Numen inducere, habent. Templa ſcilicet decernebantur, aræ ponebantur. Atque hoc cum fieret Neroni vivo ut Divo, merito in omen imminentis exitus trahebatur, cum in publica concione, niſi mortui, Divi non vocarentur. Notum eſt illud Caracallæ de fratre Geta jam conſecrato: Sit Divus, dummodo non ſit vivus. Divos jam factos ἐπιστὰς θεὸς, ſacratos ſuperſtites, Deos animales vocabant. Aquila in Auguſtorum, pavo in Auguſtarum funere dimiſſa, inque cœlum animam portans, inter cetera futuros exprimebat honores. Divi loco inferioribus ſeculis, Sacri, Sacratiſſimi

ini nomen adhibuerunt. Justinianus in ff. & passim alibi sacratissimus Imperator vocatur. Qua lege Augustus vivus divinos acceperit honores Philo, l. de legat. ad Cajum docet non quod probaret, sed quia videbatur hos postulare amplitudo imperii, cui veneratio quædam parabatur his artibus. Liviam Numerio Attico, viro prætorio decies dedisse se sestertium quod is jurasset quemadmodum de Proculo Romuloque traditum est) se Augustum, cum in cœlum ascenderet vidisse, ex Dion. Xiphilinus in Aug. p. m. 102. tradit. Civitatibus esse utile, ut se homines Diis genitos mentiantur, Varro, teste Augustin. l. 3. de C. D. c. 4. p. 142. intrepide asserit. His technis Indorum præcipui utuntur. Et quo referam, quod Kircher in China illustrata p. m. 51. de Tanchutensibus docet, in regno hoc nimirum duos esse Reges. Horum prior administrationi totus incumbit, alter, quem & Deum patrem, sive cœlestem, aut etiam Magnum Lamam vocant, in ultimis palatii sui recessibus Numinis instar residens, ab omnibus Divini cultus recipit ceremonias, tantoque eum in honore habent, ut vel ipsius sordes & excrementa ad omnes infirmitatum adversitates plurimum conducere sibi persvadeant; Unde non medicamentis duntaxat illa permiscent, sed & collo

pyxi-

pyxide inclusa portare non erubescunt. Affectasse ἀποθέωσιν Herodem ex Actor. 12. constat. Idem fecisse Alexandrum, Curt. l. 1. Antonium Vellej. Pat. Antigonum, Dio & Athenæus perhibent. Commodus etiam Herculem se e Jove genitum agnosci voluit, ac reposito Imperatoris cultu exuvias leonis sumsit & clavam manu gestavit. Vid. Capitol. Penitus ineptiebat Cotys Rex Thraciæ, in iis præcipue, quæ Epicuri de grege porcos decerent, nulli cedens; Epulo instructo & præparato thalamo Minervæ adventum expectabat, sed moræ pertæsus, duos e satellibus, qui viderent, num adesset, Dea, referentes neminem adesse sagittis transfixit, tertium vero ad adulationem compositum adesse dicentem, ditavit. Stulti hi meminisse debuissent verborum Agesilai ad servos dicentis: *Vos ipsos primum Deos facite, eo facto, credo posse me quoque a vobis in Deum mutari.*

AUGUSTUS Σεβαςὸν αὐτὸν ἑλληνίζοντες, οἷα περτινα σεπτον, προσειπον ex Dione Xiphilinus ait in Epit. p. m. 68. & paulo ante, Αὔγουστος, ὡς καὶ πλεῖον τι ἢ κατ' ἀνθρώποις ὤν, ἐπεκλήθη. Πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ ἱερώτατα, αὔγουστα προσαγορεύεται Robbig. l. 6. eod. crit. c. 3. p. m. 144. *Augustus quasi potestate auctus & legibus solutus, cum is demum dicatur auctus, qui ab obligatione liberatus.*

PATER. Ex quo centum Romæ seniores (Vellej. Pat. l. 1. Centum homines) dicti sunt Patres, Trogus l. 43. Sive ab honore Livius l. 1. cap. 8. Sive ab auctoritate Flor. l. 1. c. 1. sive a cura Lipf. de M. R. l. 4. c. 2. sive quod alios paterno affectu Sausb. Policr. l. 5. c. 9. & ætate & sapientia præcederent. ibid. Principibus quoque deinde idem nomen concessum est, & simul potestas ἣν ποτε καὶ πατέρες ἐπὶ τοὺς παῖδας ἔσχον ut loquitur laudatus Xiphilin l. c. p. m. 69. ἐς τιμὴν, καὶ ἐς παραίνεσιν, ἵνα αὐτοί τε τοὺς ἀρχομένους ὡς καὶ παῖδας ἀγαπῶν, καὶ ἐκεῖνοι σφᾶς ὡς πατέρας αἰδῶνται. Nec freqventius quicquam apud omnes bene moratas quidem gentes, quam cultu, honore & amore dignos, vocare patres. Satan si Joh. 8, 44. appellatur Pater, dicitur Autor mendacii. Regum, Principum, Rectorum & Doctorum & in Sacris, tam quam profanis cognomen 2. Reg. 6, 21. Jobi 29, 16. Es. 22, 21. Genes. 45, 8, 1. Cor. 4, 15. Et ut a Poëtis reliquisque profanis Scriptoribus ipsis tribuitur Diis, sic seipsum frequentissime in divinis oraculis Patrem appellat כתיה. Quos ante promulgatam legem præ reliquis in pretio habemus, dicimus Patriarchas & quos hodie in oriente tam, quam in occidente sacrorum præsulum esse putamus primos, vocamus Patriarchas. Talmudi a suum Abba & Arabs suum Abbuna re-

liquis multum præfert. Unde etiam Abbas Latinum, tanquam monachorum Pater παππα a Græcis Christianis olim omnibus iis tribuebatur viris, qui autoritate quadam pollebant & provincia quadam sacra fungebantur, testibus Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Cypriano &c. &c. Nicetas in Isaaco Angelo l. 1. c. 2. Αλλα και τυς προσευομενυς τη μενεσιν απεσφαττον, πυ πολε ο παππας; λεγοντες τυτ' εστιν υς αινηρηκεσαν ιερεις. Mr. Cousin p. m. 244. *Ils assomoient ceux qui s' étoient refugiez dans les Eglises, & en les assomant, ils leur demandoient ou etoit le Pape c' est a dire, ou etoient les Pretres.* Plura vid. apud Saubertum in prodromo Philol. S. p. m. 80, 81. & 82. Nostro tanquam Patrum capiti nomen hoc concessum est cunctis etiam mandantibus senatoribus per Valerium Messalam. Sveton. c. 58. Senatus consentiens cum P. R. consalutabat eum Patriæ patrem effuso in lacrymas Augusto. Primus autem P. P. dictus jam fuerat Tullius. In Pison. Augustus secundus, sicque simul Patronus, defensor & Civitatis Princeps, humani generis pars optima h. e. caput, Symmach. l. 1. Ep. 46. quo pertinet Horatii Oda 2 l. 1.

Hic ames dici Pater atque Princeps.

Aversa facies, si Occoni credo templum Jani, si Lazio l. 7. p. m. 676. aram exhibet. Scilicet certant de hac figura Anti-

tiquarii. Cum Lazio facere Oyſelium tab. 61. n. 3. retulit mihi Vir Clariſſimus, qui quoque a me abit, dum averſam faciem numi Auguſti, nuper exhibiti non ara ſed templo eſſe ſignatum Victoriolis adſtantibus ſibi perſvaſum habet. Largior ego talem extare numum Auguſti, meum vero eſſe eundem, valde dubito; cum ſiquidem non aræ a templi reliquæ tamen figuræ a victoriolarum diverſiſſimæ ſint. Utique & vel optimus in hoc ſtudio falli poteſt. Hulſium in hoc genere celeberrimum notat Patinus hiſt. numiſm. c. 24. p. m. 202. cujus integrum caput 21. inſuper de quibusdam rei numariæ Scriptorum erroribus agit. Detegebat Peireskius Caſaubono, Urſinum & Golzium [hem quanta nomina.] Jacobo Stradæ potius quam numiſmatibus fidentes corrupiſſe varia ex gentilitiis nominibus aliquorum Impp. qui ipſi propterea maximas agebat gratias. Gaſſend. in vit. Peireski l. 2. p. 64. Sic Villerius putabat numum certum, quem poſſidebat exhibere Phœnicem, Peireskius autem rectius interpretabatur ciconiam, credebat enim & crurum ex colli proceritate prætereaque ex ſerpente ipſi appoſito & inſcriptione Patri, ſatis conſtare, deſignarique Hadriani erga Trajanum pietatem. Ego, ut omnium, qui mecum hoc ſtudium tractant, erga numos benivolentiam exo-

fculor, fic & fvavisfimas hujus generis communicationes exopto. Ut enim reliqua noftra ftudia nulla funt, nifi cum doctis fimul verfamur, ita & profecto hoc præcipue numarium ni fuerit mutuum, ȣ μὴ εἴη. Ceterum Genio Augufti Jovis Olympici ædem communi fumtu perfectam, dedicatamque effe refert Sveton. c. 60. Et memorat Dio l. 51. inter alias provincias Pergami in Afia & Nicomidiæ in Bithynia viventi Augufto conftructa fuiffe templa, qui tamen nulla in provincia, nifi communi fuo Romæque nomine recipiebat. Svet. c. 52.

PROVIDENTIA. Decreta quidem Cæfaribus & templa & aras fuiffe legimus, fed confecratas fuiffe ipforum virtutes, non ipfos, conftat. Hinc Providentiæ, Securitati, Pietati &c. Aug. Providentiæ Deorum fulmen adfcribebatur, quod fymbolum majeftatis fupremæ, fupremi Jovis geftamen Pier. hierogl. l. 43. c. 26. p. m. 551. Characterem effe celebritatis & aufpicium rerum illuftrium Svarefius de numifmatis & numis c. 12. p. m. 25. perhibet. Apud Ægyptios amplitudinem gloriæ ac famæ toto orbe diffufam fignificaffe, docet Joh. Hermelarius ad numos Caroli Croji p. m. 70. & Pier. l. 8. c. 29. Inter prodigia tamen imminentium malorum ab aliis relatum doce-

cebunt Tacitus 14. Annal. 12, 22. & 15. Justinus l. 36. c. 3. &c.

§. XIX.

En tertium Augusti: *DIVVS AVGVSTVS PATER.* Facies aversa in corona quercea exhibet S. C. S. C. Delecti, quibus ingenium sapientia erat validum propter senectutem nominabantur Senatores, Sallust. Bell. Cat. c. 2. Eutrop. l. 1. consultabant Reipl. ib. Rex ad senatum referrebat Læt. de M. R. p. 102. Senatus de omni re cognoscebat suffragiumque ferebat. Jus vero Senatus erat, ut sententiam rogatus diceret, quicquid vellet, Gell. l. 4. c. 10. Sententiæ numerabantur, non ponderabantur. Plin. Nep. l. 2. Ep. 12. Quod visum pluribus, fiebat, & quod constituerant, erat ratum, quodque ratum erat, dixere Senatus Consultum, Læt. l. c. p. 102. Nempe plebs ipsa olim frequenter conveniebat, post vero rarius sicque necessitas ipsa curam Reipl. ad Senatum deduxit ut ait Pompon. JCtus c. 10. §. 9. Hic, quicquid constituisset, observabatur, idque jus appellabatur Senatus Consultum τα δεδογμενα Dioni l. 54. p. m. 624. & l. 55. p. m. 630. τα της βυλης δογματα. Duobus autem fiebat modis, aut per discessionem, quando nimirum pedibus in sententiam ejus, qui in Senatu retulisset, discedebant, & sic consentiebant aut per singulo-

gulorum sententias exquisitas praecipue si res dubia esset, quod vocabant per relationem ex Varrone ad Oppianum Lazius l. c. l. 3. c. 9. p. m. 326. ubi simul probat nullum Senatus cons. potuisse fieri, non discessione facta. Magistratuum autem creationem, LL. lationem, & belli inferendi deponendique arbitrium penes populi suffragium fuisse, passim docemur. Ut autem Senatus Consultum ratum esset, stante adhuc libertate, exhibebatur sedenti ante valvas curiae Tr. pl. qui si assentiretur literam T. subscribebat, quae nota significabat tribunos quoque ita censuisse Val. M. l. 2. c. 7. Veteri instituto S. C. aut in aerarium, aut in aedem Cereris ad Æd. Pl. deferebatur, ne arbitrio Coss. supprimeretur, aut vitiaretur, Lips. ad 3. annal. Taciti. Poterat Tr. intercessione sua SC. impedire. Ut enim contra magistratus vim creatus, sic SC. iniquum rescindere poterat, quo fini noctesque diesque janua ejus patebat, nec horam ab urbe abesse, nec moenia egredi licebat ei, Gell. l. 3. c. 2. Dio l. 37. Debebat etiam S. C. esse honestum & utile, Dion Hall. l. 9. §. 7. p. m. 878. Sanctum, inviolabile. Cic. in Pison. *O noster misericors, quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus. Omitto enim illud consulem edicere, ut senatus SCto ne obtemperet, quo foedius, nec fieri, nec cogitari, quicquam potest.* Interdum

dum tamen cum plebs invisa esset Patribus, patres plebi, unius anni vim, prout e re hujus vel illius videbatur, habebat. Ex quo autem consona & concinna post legem Hortensiam unio inter Patres & plebem fieret, omnia sanctissima erant a Trib. loco multitudinis ratihabita. Inclinante vero libertate LL. vim facile sumebant SCtis. Conf. Anton. Augustinus de LL. & SCtis cum notis F. Ursini. Tiberius Cæsar Christum autoritate sua Cæsaria Senatu inconsulto inter Deos referre volebat, ab eodem vero prohibitus ne faceret, SC. enim extabat vetus, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi a Senatu probaretur, referentibus ex Tertull. apologetic. c. 6. Camerario Hor. subcisiv. cent. 1. c. 58. p. m. 260. & Hornejo in Comp. hist. Eccl. l. 1. §. 4. Cæsar autem in sententia mansit, comminatus periculum Christianorum accusatoribus. Non poterat fugere Tiberium sibi idem jus concessum esse, quod Augusto patri, ut quod constituisset, ratum esset Pompon. l. 2. c. 12. §. 11. Imperium siquidem omne S. P. Q. R. ad Cæsarem Augustum dudum detulerat, eique, ut emendaret omnia suo arbitrio ac leges, quas vellet, ferret, concesserat. Tiberio quoq; fuisse, tabula Basilicæ Lateranensis ærea,

quam Briſſon. Tr. de formul. p. 154. exhibet, docet, ubi inter alia.

FAEDVSQ. CVM. QVIBVS. VOLET. FACERE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. DIVO. AVG. TIB. JVLIO. CAESARI. AVG. TIBERIOQ. CLAVDIO. CAESARI. AVGVSTO. GERMANICO. VTIQ. EI. SENATVM. HABERE. RELATIONEM. FACERE. REMITTERE. SENATVS. CONSVLTA. PER. RELATIONEM. DISCESSIONEMQ. FACERE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. DIVO. AVGVSTO. TI. IVLIO. CAESARI. AVG. TI. CLAVDIO. CAESARI. AVGVSTO. GERMANICO. &c. quæ vel ſexies repetuntur. De Auguſto noſtro præterea Dio teſtatur l. 53. p. 591. πασης αυτον της των νομων αναγκης απηλλαξαν, ινα και αυτοτελης οντως, και αυτοκρατωρ και εαυτε και των νομων παντα τε οσα βελοιτο ποιη και πανθ οσα αν μη βελοιτο, μη πραττη. De SCto tacito vid. Laz. l. ſc. l. 2. p. m. 138.

IN CORONA QVERNA. Coronas triumphalem, obſidionalem, civicam, muralem, caſtrenſem vel vallarem & navalem omnium optime evolvit Jacobus Lydius in Syntagm. ſuo ſacro de re militari, quod notis illuſtravit Salamon van Til. l. 6. p. 250. & ſeqq. Civica hæc eſt, ob cives ſer-

ſervatos, vel quod quercus fructus cibus antiquiſſimus eſſet

Arbuteos foetus, montanaque fraga legebant

Et quæ deciderent patula Jovis arbore glandes;

vel, quod hæc arbor & cives communem haberent tutorem, puta Jovem. Hac donatum eſſe, ſummus honor erat. Ciceroni ob patriam ſervatam decreta fuit ante Auguſtum. Noſter, quando Quint. Coſ. Deſignatus Sext. Imp. ſept. Repl. conſervata eodem anno ante diem non. Febr. Pater Patriæ appellatus eſt, ſimul coronam civicam meruit, ex quo a furore M. Antonii Mutinam obſidentis, deinde etiam annona laborantem Rempl. Sext. Pompejo Siciliam, & M. Antonio Ægyptum provincias frumentarias & annonarias occupantibus, eandem Rempl. conſervaverat. Vilis materiæ eſt corona, ſcilicet in pretio virtus non erat collocanda & potius *δοσις κτηματος quam τιμης σημειον*, ut Caſaubon. ad Sveton. loquitur, ſpectandum erat. Aureas priſcos Romanos ſpreviſſe ſtatuas, memorat Val. Max. l. 2. c. 5. cum vero obſes grati animi dandus eſſet, inter alia corona civica quoque talis fuit index. Initio quidem ilignæ, eſculeæ deinde, poſt quernæ, & ſi honorem eis habitum ſpectes, ſane ſuperbiſſimæ

fuerunt. Certe, cum ſenatus decerneret, ut laurus ante regiam Auguſti poneretur & corona querna ornaretur, inter maximos honores hoc habuerunt Cæſar & Patres. Seneca l. de Clem. 26. ait: Nullum ornamentum Principis faſtigio dignius, pulcriusque eſt, quam illa corona: *OB CIVES SERVATOS.* Non hoſtilia arma detracta victis, non currus barbarorum ſanguine cruentus, non parta bello ſpolia &c. Ovid. l. 3. Triſt.

--- video fulgentibus armis
Conſpicuos poſtes, tectaque digna Deo.
Et Iovis, hac dixi, domus eſt, quod ut eſſe putarem
Augurium menti querna corona dabat.

His poſtes eorum, queis datæ erant ſempiterna gloria triumphabant, ob quam cauſam cum ab Auguſto parciſſime darentur, facile percipimus ſales Auguſti Dolabellæ redditos ap. Quintil. l. 6. Dederant Galli Cæſari torquem aureum centum pondo; ait Dolabella: *Imperator torque me dona,* cui Auguſtus: *Malo te civica donare,* quaſi diceret, quam niſi coactus nulli concedo. ὡς ἐν παρόδῳ. Poſtes januæ aut etiam fores maxime apud veteres fuiſſe in pretio, Val. M. l. 2. c. 10. §. 10. inter alia refert. Nempe aliquid religionis liminibus & poſtibus tribuebant. Virg. 2. Æneid.

Am-

Amplexaque tenent postes atque oscula figunt.

Liminum præses Limentinus erat, forium Forculus, seu Forensis, januæ Janus. Nec urbium atque templorum solum portas, sed & ædium privatarum januas religiose colebant. Veteres Galli a pugna reversi capita hostium ante oppidorum portas affigebant. Strabo l. 4. Geogr. Nobiles in Gallia suis foribus affixa hodienum habere ferarum capita, quæ vel ipsi vel majores ipsorum interfecerunt, edocti sumus. Facere hodie tale quid Brasilianos Tuppin-Imbas refert Francisci im Gvineischen und Americanischen Blumen Busch part. 2. c. 1. n. 3. §. 2. p. m. 270. Et quid frequentius, quam legere portas & postes spoliis ornata?

--- Vejanius armis
Herculis ad postem fixis latet abditus agro.
Hor. l. 1. Ep. 1. v. 4.
Barbarico postes auro spoliisque superbi 2. AEn. & 8.
Multaque præterea sacris in portibus arma.

Ovid. 3. Trist. Eleg. 1.

Singula dum miror, video fulgentibus armis
Conspicuos postes, tectaque digna Deo.

Faciebant hæc spolia & postium ornamenta, ut ne emptori domus refringere liceret. Plin. l. 35. c. 2. Diodor. Sic l. 6. refert nationis cujusdam solemnia, spolia hostium

san-

ſanguine perfuſa famulis tradidiſſe in foribus domorum cum cantu & lacrymis affigenda. Poſtes nubentes vittis laneis cingebant Plin. l. 29. c. 2. Amicarum, vinum affundebant amatores. Plaut. in Curcul.

---eaque ex templo
Ubi viro has conſperſi fores
De odore adeſſe me ſcit. aperit illico.

Oſcula inſuper dabantur. Tibullus:

Non ego ſi merui, dubitem procumbere templis
Et dare ſacratis oſcula liminibus.

Sed credo ego Sagittarium, Salanæ quondam Decus, in libro ſingulari de januis veterum qui nuper prodiit, egiſſe de his pluribus. Interim de veterum R. coronis legi poteſt Roſinus; de corona militis Tertullianus; Origines & cauſas & ſpecies, & ſolemnitates coronarum optime tradiderat Claudius Saturnius, verum invidit nobis illas temporum injuria. Caroli Paſchalii liber de coronis ut rariſſimus, ſic auro pretioſior eſt. Proſperi Stellartii & Antonii Tyleſii de coronis libros ob varitatem paucorum manus hactenus verſare potuerunt. De coronis nuptiarum præſertim ſacris & profanis præclare meritus eſt Joach. Joh. Maderus. Adde Petrum Fabrum l. 3. ſemeſtr. p. m. 400. De diademate & Cidari lege Camer. hor. ſubciſiv. cent. 1. c. 61. De Imperatoris,

toris, Regum, Ducum Marchionum, Comitum, Baronumque coronis agit Harsdörffer. in CCLV. Gesprächspiel part. VII. p.m. 92.

§. XX.

Argento se quarto, itidemque nitidissimo nobis exhibet *CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER. PATRIÆ.* Argentum Romæ primo signatum est *A. V. C. DLXXXV. Q.* Fabio Cos. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro X libris æris, quinarius pro quinque, sestertium pro dipondio ac semisse Plin. l. 53. cap. 3. p. m. 584. Ex PURO factus est argento. Vitium a falsatoribus ceperant quidam numi argentei, hos vero Tiberius, superstite Germanico omnis puritatis, linguæ latinæ quoque Xiphilinus ex Dion. in Tib. p. m. 110. studiosus, puritati restituit. Conf. Patin. 1. sc. c. 11. p. m. 70. seq.

Aversa facie sistunt se, *C. L. CÆSARES. AVGVSTI. F. COS. DESIGN. PRINC. IVVENT.* Celeberrimus Occo merito hunc vocat, elegantem. Viderat cum apud Velserum habuit eum Patinus, quem vid. c. 11. p. m. 72. In icone bis appositum cernis, propter aliquam, quas figuræ hahent differentiam. Prout N. III. conspicies, possidet Vir. Adm. Rev. Dominus M. FUHRMAN, hodie rerum Sacrarum Bielfeldiensium Summum Epho-

Ephorus prout vero N. IV. habet, ad me spectat. In summas profecto rapimur delicias, quoties ex collatione dirutorum & collapsorum cum aliis verum vultum eruimus. Cajum & Lucium quod attinet, Agrippæ quem Augustus ubique maximi fecit, & Juliæ, ex Scribonia Augusto genitæ formosæ quidem, vinosæ tamen intemperantis & immorigeræ fœminæ, unicæ Cæsaris filiæ, filii fuerunt, quos sibi filios adoptavit Imperator, & propterea a teneris ad curam. Reipl. admovit, post literas etiam natare doceri eos curavit. Alex ab Alex l. 2. c. 25. Xiphilinus ex Dione in Aug. p. m. 78. Γαιον καὶ Λȣκιον καισαρ εποιησεν αυτοκρατορας, ινα ηττον επι βȣλευοιτο. μηθε αναμεινας οπως ανδρωθηναι, ἀλλ' αυτοθεν διαδοχȣς της αρχης αποδειξας βραχυ γαρ τι καὶ σμικρον τον θωρακα ον υπο τη ϛολη πολλακις καὶ ες αυτο το συνεδριον εσιων ειχεν &c. Petulantiam vero eorum ap. eundem reperies p. m. 82. Cenotaphia Caji & Lucii Cæsarum Pisana peculiari dissertatione illustravit Norisius Venetiis A. 1681. in f. cujus acerbam parænesin in Harduinum S. J. P. & Thrasonem Macedonicum Plautino sale perfrictum muneri mihi ante paucos annos obtulit laudatissimus Cuperus, argumentum recenset novorum librorum Bibliotheca t. 1. part. 8. n. 1. p. m. 183. & seqq.

C. E.

CÆSARES dicuntur. Heredes ab avo dicti, Cæſaris nomen hactenus ab Auguſto in ſumma veneratione habitum ſibi ſumſerunt.

PRINCIPES JVVENTVTIS. Juventutis Romanæ prima capita erant, mox Imperatores. Idem reperio in numo argenteo *M. OPEL. ANT. DIADVMENIAN.* apud Golzium & *M. IVL. PHIL. FIL.* apud Occonem p. m. 447.

CLYPEI adſunt inſignia principes tales decentia; In præliis corporis munimenta in pace virtutis ornamenta. Argenteor. quoque habuiſſe interdum maximi ponderis refert Liv. l. 15. Decad. 3. p. 251. Imaginibus ſignati erant. Heſiod. ſcut. Hercul. Plin. l. 35. Virg. l. 7. Æn. vſ. 655. ſeq Cum expresſis cera majorum purpuratis imaginibus in exequiis præferebantur & in templis ſuſpendebantur.

Haſtæ quas vocant puras prominent. Ferrum hæ non habebant, & donabantur eis milites bello defuncti. Egregiorum graminibus ornabantur, quarumque eadem erat dignitas quæ coronæ civicæ. Probo in bello Sarmatico ſtrenue ſe gerenti quatuor hujus generis eſſe oblatas Fl. Vopiſcus in Probi hiſtoria ſcribit. Noſtrorum alteri in Armenia, alteri in Hiſpania feliciter rem

geren-

gerenti, merito virtutum optimarum splendidissima hæc insignia concessa sunt.

LITUUS & SIMPULUM apposita sunt propter Pontificatum Caji & Auguratum Lucii. Istius dignitas §. 14. paucis explicabatur quibus, præter ea quæ ubivis obvia, addo, e Romanorum sacris ad Christianorum Ephoros migrasse baculum hunc, quem medio ævo a Germanis præcipue vocatum fuisse Cambotam, seu cambutam (procul omni dubio, quod ex cynosbato, quod Græcis κυνοςβατον fieri soleret pedum hoc pastorale (von hagbutten oder haynbutten holtz / weil diese Dornen fest / und zu solchen Stäben / auff welche sich ein schwerer Mann sicher lehnen kan / wol schicken und weil die ersten Bischöffe damit keinen Etat geführet) du Fresne in Glossario p. 696. & seqq. Addatur etiam desideratissimus noster Fautor Joh. Andr. Schmid, Abbas in peculiari Diss. de Baculo pastorali. Hujus quod attinet, tanta fuit, ut cum teste Lips. de LL. leg. IV. Rex Sacrorum Præses esse, & ne quid in auspicato publice geri curare deberet. A. V. C. Regia Augurum haud posterior fuerit dignitas. Peuc. de Auguriis & Aruspicina p. m. 100. Religionis ortum & tractandi modum tradit Fenestrella, seu, si mavis Dominicus Floccus de Sacerdot. Ro. c. 4. p. m. Prolixe fere de omnibus


ad Augures, Auguriumque pertinentibus tradit laudatissimus Lazius Comment. Reipl. R. l. 3. c. 12. p. m. 339. seqq. Romulum ipsum fuisse Augurem Cicero refert 1. de divin. c. 3. qui integer liber quantus est augurii veterum cupido evolvendus est, præcipue etiam quod ad LITUUM insigne auguratus illud Clarissimum attinet. Addatur & Gell. 5to Noct. Attic.

SIMPUVIUM cyatho haud absimile vel ligneum, vel fictile erat. Ansatum est nostrum ad libandum aptatum. De libatione conf. Camerar. hor. subcisiv. Cent. 1. c. 58. 257. & Cæl. Rhodigin. l. 12, c. 1. p. m. 524. & seqq. &c.

)o(

DISSERTATIO IV.

H. S. Augufti exhibens,



fcripta, quando

Laudationem funebrem SRMÆ & Potentiffimæ Mariæ Angliæ, Scotiæ Franciæ & Hibern. Reginæ, finito examine in æde primaria Lippiæ A. 1695, VI. Non. Martii recitabat Conradus Budde, Lippienf. hodie ibidem ad Mariæ majoris Paftor.

(In hoc argumento etiam erudite & graviter admodum verfati funt: Gilbertus Burnet, Epifcopus Salisburienfis, Joh. Tennifon, Archiepifcopus Cantelburienfis, Spanhemius, Perizonius, Grævius &c. &c.)

§. XXI

§. XXI.

Augusti hic est Sestertius, qui doctis H. S. scribitur & in genere masculino valet duos asses & semissem (De sestertiis vide Joh. Frid. Gronovii commentarium de sestertiis Daventr. 1643. in 8. It. Amstel. 1656. Qvarta denarii pars est, diciturque sestertius, quod sit semis tertius. Sestertia singula, mille valebant sestertios. Conspicitur in hoc Augustus capite nudo, quemadmodum etiam Principes illo tempore Romæ & alibi aperto incedebant capite, tecto vero certis temporibus & causis, vel propter sacra, aut casum dubium Deum veneraturi. Mitto jam Dei gentem. De suis confirmat Plautus) quem SS. literis prætulisse Scioppium, refert Anonymus, qui Scioppius Labbeo in Bibl. Numaria p. m. 500. est vir desultoriæ levitatis, Naudæo vero p. m. 112. bon homme & encore bien savant) in Amphitr. A. 1. sc. 1. s. f. Flamines, Feciales, Augures, aut pro Repl. se devoturi, capite quoque velabantur In ludis pariter, peregrinatione & militia caput tegebant Sic itaque accipiendum, si Magnatibus caput aperuisse, legimus. Fecit id Cœnus Alexandro, Sylla Pompejo adolescenti &c. &c Nobilitatis & libertatis dudum fuisse indicium pileum, docet Pierius in Hierogl. l. 40. c. 2. p. m. 497. & seqq. quo refert, quod Dio lib. 63.

ſ f. narrat, extincto Nerone in urbe multos geſtaſſe pileos. Formam concedit nobis laudatus Pierius l. ſ. c. c. 12. cui addatur Wedelius decadis IIX. Exercit. X. de nummis pileatis. Bruti ſtatuis pileolus addebatur, reſtitutæ libertatis ſymbolum, quemadmodum in numis ejusdem pileus conſpicitur libertatis cum duobus mucronibus et pugionibus. Perticæ impoſuiſſe unum ex Præfectis Auſtriacis in Helvetia, unde præcipue poſtea fœdus Helveticum, vide apud Simlerum l. 1. de Repl. Helvett. Solent irritati fortius imprimere pileum capiti, modeſti vero & blandi deſumere. Et memini Lanſium pro Hiſpania p. m. 180. ſcribere, quo Octavianus Ubaldinus, ſi quando hominem negotioſum & feſtinantem conſpexerit, eum Comitis Friderici Urbini, neceſſarii ſui pileo occupationem eſſe dixerit, quod hic pileum obviis quaſi continuo manu teneret. Pileo Hippocratis imagines tectas offendimus, quod ſignificat, quam maxime partem illam eſſe tegendam, in qua tanquam domicilio princeps animus reſidet & intelligendi pontificium poſitum eſt, ut loquitur Rhodiginus l. 20. p. m. 937. De pileo naturali, quo cauſidici juventur, & an in eo, ut vetus eſt ſuperſtitio, de qua Lampridius in Anton. Diadumenian. p. 148 editionis Pariſinæ & ibidem Caſaubonus, ſit vis

con-

conciliandi judicum amorem, forte infra, ubi de galea Hans Sachſens agetur. De pileo Ulyſſis umbellato, ut & de pileis Laconicis, Theſſalicis & Arendicis more ſuo, h. e. eruditiſſime ſcribit Jll. Cuperus in laudatiſſima Homeri Conſecratione p. m. 29, 30. & 155. Plura de pileo lecturo concedet Petrus de Maridat in tract. de pileo, ceteriſque capitis tegminibus tam ſacris, quam profanis Lugd. 1655. Jt. Exercitatio Hiſtorica de velamine capitis virili, Jenæ 1673. nec non neugeharnſchtes Groß-Britannien/ p. m. 338 De uſu pilei & origine ejus, prolixe diſſerit Salmuth ad Pancirollum tit. 14. part. 1. §. 11. p. m. 175. ſeqq. Ælium Hadrianum capite intecto Alpium & Galliæ nives Ægyptique ardores pertuliſſe, veterum nobis referunt monumenta. Sic Cæſaris ipſius (quem tamen calvitici deformitatem iniquiſſime tuliſſe, atque idcirco perpetuo fere lauream geſtaſſe, conſtat, ſtatua non aliter ac M. Aurel. Antonini & ipſius Jovis, in Capitolio nudo conſpicitur capite. Reliqua vid. apud Anſelmum Solerium in tr. de Pileo. Facie averſa aram offendimus, cui inſiſtit Victoriola, qua quidem in numis ob generoſam gloriæ cupiditatem, nihil frequentius. Panſæ alæ ſublimia & expedita conſilia celeri executione Regi, eaque ſemper imperio & rebus bellicis præſentia a-

desse debere, notant. Pleraque ad hanc rem attinentia vid. in laudatissima Apotheosi Cuperi p. m. 170 171. & seqq. Triumphis inhiabant, qui excipiebant victoriam. Istius solemnia hic cape verbo. Dux a militibus Imperator appellatus, fasces laureatos (laurum tenet Victoriola nostra) redimitus, & ramum lauri dextera teneas, milites ad concionem convocabat, compellabat, laudabat, armillas, torques, hastas puras, aureas & argenteas coronas, murales, civicas, quernas quoque donabat, in aliquibus nominis & militum rebus gestis expressis, spolia etiam, exceptis iis, quæ servabantur triumpho, distribuebat. Hinc currum conscendebat. Populus undique albicantibus vestibus ad spectandum triumphum confluebat. Aperta templa fumis svavissimis fumabant & sertis repleta erant, triumphanti obviam ibat Senatus ad urbis portam usque, advenientemque paulum opperiebatur. Turba a ministris se movebatur baculis Præibat Senatus Capitolium versus. Post Senatum tubicines classicum resonantes post hos currus sertibus redimiti & spoliis referti, quibus quoque tabulæ eburneæ, æreæ, Colossi, signa, ligneæ turres & captarum urbium castellorumque, montium, fluviorum, paludum & marium simulacra vehebantur (Oceani in viridario

Ca-

Cæſarianorum, Nili in Vaticano hodie viſitur ſimulacrum) Et ſi eſſet navalis, navium & triremium victarum, roſtrorumque harpagonumque currus pleni erant. Scripturæ & imagines adjectæ geſtorum ſeriem explicabant. Deinde aurum, argentum, æs rude & grave, ſigna aurea, argentea ærea & eburnea, gemmnæ, purpura, veſtes byſſinæ &c. &c. pulcherrimaque gentium victarum arma Hæc ſequebantur currus, qui numiſmata in vaſis argenteis, calices magnos & phialas aureas ferebant. Nunc alii tibicines, poſt qvos qvinqvaginta vel etiam centum boves inauratis cornibus diademate & vittis redimiti ab adoleſcentibus, ſtipatis Popis immolandum ducebantur, à quibus proximi cameli aureas & argenteas pateras ad ſacrificium ferebant, & ſi eſſent capti elephanti, ſequebantur, poſt quos oculos ſubibat atrox & miſerabilis Regum, Principum & militum captivorum, nudis pedibus interdum incedentium (quod accidit Zenobiæ &c.) manibus poſt tergum revinctis, pignoraque ſvaviſſima trahentium fortuna. (Duo Parthorum Regum e lapide nigro in ædibus Cæſiis Romæ viſuntur ſimulacra) Proxime ante currum præcedebant lictores cum faſcibus & ſecuribus laureatis. Aderant etiam coronæ aureæ, liberatarum civitatum dona. Tum Imperator

rator ipſe, interdum non ſine uxore & liberis utriusque ſexus ut plurimum a quatuor albis equis conquaternatis & æqvata fronte vehebatur, amictus toga purpurea auro intertexta, geſtans in capite lauream, dextra laurum, ſiniſtra ſceptrum eburneum (Lipſius hoc in libro de magiſtratu R. c. 8. diverſum fuiſſe putat a ſcipione Conſulari, in cujus apice aquilæ erat figura, interum fatebur Iſidorum l. 17. c. 2. ſceptrum triumphale ea ipſe deſcribere forma, nec quisquam inter ea diſcriminis fuiſſe, quod & mihi fit veriſimile. Hetruſcos a Tarquinio Priſco victos inter alia inſignia attuliſſe ſceptrum επι της κεφαλης αετον εχον refert Dionyſ. l. 3. p. m. 291. Regibus vero pulſis inſignia hæc retinuiſſe Conſules, narratur p. ſeq. & licet non tanquam ornamentum triumphale, inſigne tamen tanquam poteſtatis Conſularis, cujus rei teſtis etiam eſt Prudentius in Symmacho, qui inter ſui ævi Conſulum inſignia refert aquilam eburneam) tenebat. Circa currum citharoedi & tibicines aureis vincti coronis ſvaviſſim, ſuo more, canebant, quorum in medio quidam veſte talari, armillis auro ſplendentibus amictus, hoſtibusque inſultans, riſum ciebat civibus. Pone triumphantem in ipſo curru, publicus miniſter coronam auream magni ponderis & amplitudinis ſuſtinebat, ſæpeque inſuſurrabat:

Reſpi-

Respice post te, hominem memento te. Quæ respicere debebat, tintinnabulum & flagellum erant, ultimi supplicii instrumenta. Idem fere volebat bulla aurea, quæ pueritiæ fuerat ornamentum simulque indicium fortunæ. Post currum ministri scutiferi, mox legati Imperatoris & Tribuni, deinde exercitus omnis armis donisque fulgens, laudes partim, partim sales in Imperatorem suum jaciens. Cum perventum in forum aliquot captivorum duces in carcerem duci & interfici jubebat Imperator. Hinc ad Capitolium tendebat, ubi sacrificium nullum inchoabatur, donec hostium ducem spiritum in carcere posuisse, nunciaretur. Quo facto immolationes taurorum fiebant, quibus peractis in porticibus capitolii cœnabat, & circa vesperam tandem tibiis & fistulis præcinentibus a civibus comitatus domum redibat. En tibi victoriolam in ara cum lauru & laurea expositam! Integrum triumphi Romani iconismum egregie sistit & ob oculos ponit Jacob Lydius in syntagmate sacro de re militari p. m. 212.

A lateribus aræ duo consurgunt serpentes. His, symbola inter, frequentius occurrit nullum. Varia notabat, & præcipue της συςατικης δυναμεως imago erat. Nec miror in numis conspici, cum in ve-

lis olim & in vexillis militaribus haberentur. Salmuth ad Panciroll. p. 1. tit. 53. p. m. 280. Kircherus in Sina sua passim Sinarum & Indorum magnates vestibus variis intertextis serpentibus exhibet. Salem habuit, qui Carolos Stuartos Reges, utrumque inter duos serpentes exsculpsit. Illum a vertice tria sceptra & coronam habentem intueri videntur belluæ; ab hoc rictus, quibus vim minitantur sceptra ungvibus complectentes, avertunt. Pacis symbolum fuisse, baculus testatur Mercurialis. Mundi imaginem extitisse vid. ap. Pier. Hierogl. l. 14. c. 2. p. m. 167. seq. In quanto honore apud veteres fuerit serpens, Ægyptios & Phœnices præcipue puta, docet Eusebius in προπαρασκευῆς α cap. ult. Cultus origo, proh! a serpente ipso Diabolo, qui hoc ipso de primorum parentum nostrorum simplicitate tanta superbia triumphavit, ut ab iis, quos in retia sua pertraxerat, voluerit ea figura, qua fefellerat protoplastos, coli. Siquidem, ut ex Hesychio & Plutarchi Alexandro constat, in Bacchanalibus acclamabatur Eva, simulque monstrabatur serpens. Huc spectant voces Evoe, (Εὐοῖ) Evax, Evam, Evare; Et mihi frustra sunt Philologi, qui aliam harum vocum originem, quarum ex historia Evæ docere co-

nan-

nantur. Accessit serpens æneus, qui serpentis veteris instinctu cultui perverso ansam dedit. Conf. Diss. V. Mœbii de æneo serpente §. 1. qui probat exemplis. Alexander pro Jovis Genio eum habuit serpentem, qui compresserat matrem, & visuntur numi ejus serpentem infantem vix natum, & adhuc madentem sanguine ore evomentem, habentes. Matrem Scanderbegi gravidam somniasse, se enixam serpentem Turcos absorbentem vid. ap. Camer. l. 1. horar. subcis. c. 69. p. m. 208.

Epigraphe est, *Asia recepta*. Non solum Asia, h. e. provinciæ, Palæstina, Phœnice, Syria, Cyprus, Cilicia, Palæstina salutaris, Phœnice Libani, Euphratensis, Syria salutaris, Osrhœna, Mesopotamia, Cilicia secunda, Isauria, & Arabia, Augusto Coss. VII. ætatis XXXVI. recepta, sed & Parthi, rapta clade Crassiana, ultro signa retulerant Flor. l. 4. c. 12. p. m. 221. Ipse triduo IIX. Id. Jul. de Pannonibus, Salmatis Japydibus & Gallis, VII. de Antonio ad Actium cæso, VI. de Ægypto triumphaverat, Janum olim a Numa, deinde victa primum Carthagine, clausum, tertium clauserat. Hinc pax. Indos vix quadriennio viam implentes margaritas, elephantosque obtulisse refert Florus l. s. c. forte in grati-

am

am Augusti mentiens; Quod fecit & Curtius l. 4. cap. s. f. dum narrat Persarum cecidisse 40000. Macedonibus minus quam 300. desideratis, quod tamen Regi fastidio fuisse, legimus. Conscripserat Aristobulus quidam bella Alex. & inter cetera duellum Regis & Indorum Pori, ratusque se magnam gratiam apud Alex. M. initurum, falso assignatis rebus & commentitiis factis fide & fama majoribus librum plenum tradidit. Rex Gnathonem sentiens, volumen iratus in fluvium Hydaspen, ubi forte navigabat, projecit, dicens: Et te eodem modo decebat Aristobule præcipitari, qui talia pro me certamina certaveris, & elephantos pugnis interfeceris. Ejusdem farinæ nugator fuit ille, qui apud Lucianum hostium 70000. cum 236. cecidisse scribit, Romanorum duos tantum necatos, novem vulneratos, fuisse, alterum quidem eorum, qui ceciderunt, in majori pedis digito sauciatum, illico extinctum fuisse, & militante solum exercitus duce Prisco, septem vel octo hostes exanimes corruisse. In hoc vanissimum scripturientium genus sit dignum stringere legem a Criticorum Senatu datam, ut melle & sesamo obliti diem unum statuantur ad solem calidum, vesparum & muscarum stylis configendi. Et quid de Asia recepta,

cepta, quæ vix ſexta aut ſeptima Aſiæ pars erat? Impudentia adulantium ora Alexandrum orbis domitorem faciunt, quem tamen de America nihil, de Europa & Africa exiguum habuiſſe conſtat. Orbi unus non ſufficit. Hæc hactenus.

)o(

DIS-

DISSERTATIO V.

TIBERIUM CÆSAREM, GERMANICUM CÆS.

æreos

&

AGRIPPINAM GERMANICI UXOREM

ex argento

exhibens,

Qua &

Omnes Musarum Patronos

ut

Quatuor bonæ mentis juvenes Gymn. nostri Alumnos

Præsentes, ac faventes audire vellent

Observanter & officiose invitabat

M. ZACHAR. GOEZE, Mülhus.

Gymn. Lipp. Rector,

In æde Mariæ maj. ad forum VII. Cal. April.

Anno 1696.


TI·CAESAR·DIVI·AVG·F·AVGVST·IMP·VIII


S·C
IIF MAXIM TRIBVN POTEST


GERMANIC
CAESAR


SIGNIS
DEVICTI
REC
GER
S C


AGRIPPINA·M·F·MAT·C·CAESARIS·AVGVSTI


S·P·Q·R
MEMORIAE
AGRIPPINAE

Nimirum Ludovicum XIV. Galliæ Regem Statiſtam eſſe Machiavellicum, docebat *Juſt. Chriſtoph. Siverdes*, Huxarienſis; ejusdem Regis impietatem ob fœdus cum Turco adverſus Chriſtianos factum, carmine græco proprio Marte facto, decantabat *Joh. Chriſtoph. Leutheuſen* Fürſtenberga Waldeccus; Vitam & res geſtas ejusdem Principis Laconice enarrabat *Henrich Carol. Sellige* Lemgov.; tandem vero *Hermann. Henrich. Weſſel* Mellenſis Gveſtphalus, Principis optimi maxumi, Auguſtiſſimi *Leopoldi* fata ac victorias Aſiatico dicendi genere celebrabat.

§. XXII.

Poſt Auguſti ſeſtertium, nunc ſequitur *TIBERIVS CAESAR. DIVI AVG. F. DIV. AVGVST. IMP. VIII*, Princeps, qui, ut refert Valer. M. in prologo, virtutes benigniſſime cœleſti providentia fovebat, vitia ſeveriſſime vindicabat. Ferendum hoc eſt, ſi de Tiberii imperii principio, aut Principe ſimulate pio loquitur Valerius, quod mallem, cum Tacitus tradat in oratione ejus plus dignitatis, quam fidei fuiſſe. Fateor aſſurrexiſſe ipſum COSS. Patres ſummo hono-

honore coluisse, Dominos appellitasse, nosse tamen infra servorum conditionem esse dejectos mancipiorum munere fere fungentes. Quid aliud erat, libertatem sentiendi concedere, quam dicendi incautis velut offam objectare? Rixas audiebat senatorum, & silebat, ut hac ratione animos ac sensa discordantium penetraret, non multum post in scelera ac dedecora prorumpens. Tacit. 6. annal. c. 1. § *6.* Penes ipsum hominum Deorumque consensum, maris ac terræ regimen esse voluisse Valerius l. c. ait, sed cum hoc in contumeliam veri & immortalis Dei vergat, divinitatemque imperii parem paterno, avitoque syderi faciat, notari meretur. *Videtur*, ait Conring, inde maj. civ. autoritate & officio circa sacra §. 73. *in usum esse Reipl. ut qui præsunt apud suos in opinione sint alicujus divinitatis, id scil. ipsi vel pro Diis, vel pro divinis vatibus habeantur*, exempla apponit, & §. 78. pluribus confirmat. At Deum mentiri, crimen summum divinæ læsæ majestatis, Dei vero ministrum se fateri optimi Principis est. Valerius ipsi Agesilao homini ethnico se ludibrio exponit, qui apud Plutarch. in Lacon c. 9. Thasys, quod magna ab ipso se adeptos beneficia sentirent, templis divinisque honoribus venerantibus, eaque de re legatos mittentibus, ut legit, quos honores sibi decernerent, quæsivit ex

legatis, num civitas eorum homines in Deos mutare posset, affirmantibus respondit; Agite, vos ipsos primum Deos facite, eo facto, credo, vos me quoque posse in Deum mutare. Fumum spernis Agesilae, quem vendere voluerunt Tiberii mancipia. Equidem cum fato, Titus apud Sveton. c. 9. h. e. jussu Dei, ut loquitur Irenæus 5. hist. 4. vel a Deo Dan. 2. 21. Principatus dentur (θεοτρεφεις appellat Homerus, quasi in sinu Jovis educati, Græci alias χρηςυς κυριυ nominant) Principes Christiani non se Deos, sed Dei gratia, Wir von GOttes Gnaden in diplomatibus ac rescriptis præfigere solent, quo simul docent, quod post Deum nemini sint subjecti (quomodo in Imp. R. Status primarii utantur hac ipsa formula, vid. apud. Jur. Publ. Doctores passim) & quod Dei gratia dispensare possint, cum famulus non debeat esse avarus, ubi largus dispensator invenitur Dominus, (de hac voce infra pluribus agatur) seque universum hoc secundum leges & actiones divinas gubernare debere Proverb. 8, 14. seqq. Luc. 22, 25. Hodie Majestates, Augustissimi, Invictissimi dicuntur, olim Domini quidam dici noluerunt, utpote, quod idem ipsis erat ac Deus. Korthold de persecut. sub Anton. Phil. p. m. 158 seqq. Pipinus tamen Rex Francorum in annalibus Theodulphi ad A. C. 766. Domi-

Dominus Pipinus vocatur. Hadrianus I. Papa R. Carolo M. scribit: Domino Excellentissimo filio, nostroque spirituali compatri. Ipsius vero Caroli opus, quod scripsit adversus volentes tollere imagines, ita incipit: *In nomine Domini & Salvatoris nostri JEsu Christi incipit opus Illustrissimi & excellentissimi seu spectabilis viri Karoli nutu Dei Regis Francorum &c.* Pareus de imagg, p. m. 88. Chænulfus testante Barthio in not. ad Gallum p. m. 112. Papam in epistola ita compellat; *Domine clementissime, palmata triumfatione decoratissime, Pontificiali officio coronate, in inscriptione semper addiderat, Domino semper meo Desiderio Papæ, Christique speculatori.* Ex quo, puta, detestabilis illa superbiæ bestia ad sedem usque Petri reptaverat, (ut ad ipsum Hadrianum P. M. scribit Fridericus Imperator; Spigellius in not. ad Günth. Ligurinum ad l. 6. p. m. 193.) ipsi quoque Episcopi Domini dici volebant. Romanus jamtum *τȣ κοσμȣ αρχων* a gnathonibus suis dictus fuerat, quod tamen merito miror ob Joh. 14, 30. & c. 16, 11. utpote, qui non veritus orbis imperium ad se rapere, cujus majestas tanta, ut perquam difficile sit illam definire Lans. contra Germ. ex Bellarm. in resp. ad Ger. Consid. Adde integram Hutteri orationem, de Iliade malorum regni P. R. qui luminare, illud majus, cum Cæsar sit minus Gen. I. 16.

c. Solitæ benignitatis X. de majoritate & obed. Cujus solius caput uni Deo aperiendum, ut putat palatii Apostolici Sacrista Augustinus Trivizanius in de rit. Sanct. cruc. R. P. perfer. edit. Rom. l. 3. c. 9. p. m. 113. cujus vel ipsi Cæsares exosculati sunt pedes, prout hodie in Vaticano habetur pictura, in qua Carolus V. Rom. Imp. Paulo Pontifici pedes deosculatur, cum hac odiosa Germanis subscriptione.

Ille triumphavit, sed tu plus Paule triumphas
Victor namque tuis oscula fert pedibus.

De osculatione pedum R. P. vid. cap. integr. 9. observ. Phil. Göttens p. m. 48. & Differt. X. de osculo pedum P. R. Kempii, Prædixisse Sibyllas credant Papæ mancipia. Conf. M. Ant. Mazzaron in libro de osculo pedum Pontificis; Joseph Stephanus de advocatione pedum; Martinus Kempius (de quo Tenzelius in Colloqq. menstruis A. 1695. p. m. 504, Martinus Kempius hat ein großes Buch in quarto de osculis geschrieben / omnia cum pulvisculo corradens, wie Grotius von Salmasio zu sagen pflegte) Differt. XI p. m. 390. Schurtzfleisch. in peculiari differt. de osculo pedum Pont. Tenzel. l. c. A. 1690. p. m. 734. Petrus Müller de osculo f. c. 4. §. 21. & seqq. Herrenschmid de oscu-

osculo, Theologico. De osculo pedum magni Lamæ quædam tradit Kircher in China illustrata p. m. 42. At de primatu R. P. vid. Calixti responsum maledicis Theologor. Mog. pro R. P. infallibilitate & Decretum curiæ Paris. Parlam. de primatu Papæ Marc. Ant. de Dominis de Repl. Eccl. l. 1. c. 6, 7, seqq Ant. de Rosellis de potestate Cæsaris & Papæ passim. Subesse Imperatori sex rationibus probat Sincerus Germ. a Lapide in Mercurio suo Germ. p. m. 35. seqq. quo pertinet Heldi consilium pro Imperatore contra Papam, mihi MSCtum Carolus V. pro ratione majestatis suæ ad Franciscum I. Galliæ Regem scripserat, titulosque Imperiales atque provinciarum ac Dominiorum inclytæ domus Austriacæ annexerat, at Gallus in responso tantundem spatii insumsit repetitione vocis Galliæ h. m. Franciscus Rex Galliæ, Galliæ, Galliæ &c. & alio tempore ita: Franciscus: Dei gratia Franciæ Rex & Dominus Cheunessæ, qui minimus Galliæ pagus est. Fuit & ipsi Ludovico XI. gens longo titulorum syrmate superbiens admodum invisa, utpote, cui cum quidam multis titulis insignis commendaretur, ut ipsum faceret legatum ad Venatos respondit: La ou il ya tant de titres, il ya peu de lettres. Carrozet de dict. mirabil. Huc referri possunt Hamelmann. de

vetuſtis titulis, & nominibus Principum & Comitum in inferiori olim Saxonia. Joh. Seldenus de tit. hon. Joh. Feltmann de titulis honorum, præcipue l. 2. c. 11. n. 5. Fritſchius de titulo nobilis cum notis Eubenii, ubi de univerſa re titulari Helmeſt. 1677. Sed ad Tiberium noſtrum redeundum eſt. Clam ſpretis Diis ac religione, mortalem tamen ſe eſſe, & hominum officiis fungi, palam edixit. Tacit. l. 4. annal. 38. Talem Machiavellus in Principe ſuo c. 15. & 18. exoptat; *Sufficit*, ait, *ſi pietatem princeps ſimulet, & ſi reipſa impius ſit.* Machiavellum excuſant multi, præcipue cum & ipſe Ariſtoteles Polit. 5. tom. 2. p. m. 173. edit. Baſil. in f. dicat: Ετι δε τα περι τους θεους, φαινεσθαι αει σπουδαζοντα διαφεροντως. Ηττον δε γαρ φοβουνται το παθειν τι παρανομον υπο των τοιουτων εαν δεισιδαιμονα νομιζωσιν ειναι τον αρχοντα και φροντιζειν των θεων. Facit hoc Piccartus l. 5. Polit. c. II. p. 841, Facit Alberic. Gentilis l. 3 de legat c. 9. putans famam mortui hominis a criminibus adverſariorum facile liberari poſſe; Innocentium Gentilettum (JCtum Delphinenſem, qui in ipſum Machiavellum ſcripſit) Machiavellum non intellexiſſe, & in multis calumniatum fuiſſe, Machiavellum Democratiæ, in qua natus, educatus, & honoratus, laudatorem & aſſertorem acerrimum eſſe, Tyrannidis ſum-

summe inimicum, nec favere. Ejus propositi non esse tyrannum instruere, sed arcanis ejus palam factis, ipsum miseris populis nudum & conspicuum exhibuisse, prudentissimique viri consilium fuisse hoc, ut sub specie principalis eruditionis populos erudiret. Pro eodem scripsit apologiam Scioppius, cui §. 93. vir acutissimi ingenii, & plane ad civilem prudentiam factus est. Atheus est aliis Spizel in scrutin. Atheism. p m. 132. Atheismum tamen abesse ab ejus scriptis ex Scioppii I. de pædia pol. tradit Conring. de civil. prud. c. 2. p. m. 7. etsi Christianæ fidei haud fuisse eo, quo par est animo addictum, satis appareat. Adversarios Machiavelli mentem assecutos non fuisse, vid. apud Moltken in not. ad relig. Medici. Conf. Deckhern, qui in de script. adespot. p. m. 306. seq. Aristotelem arcana & sophismata, propter quæ Machiavellus potissimum suspici solet, pleraque in 4, 5. & 6. politicorum libris indicasse credit. Adde Bosium Th. 15. de comparanda civil. prudentia; At huic, licet historiam ejus opusculum vocet sat ingeniosum, impurus nebulo est Machiavellus. Calamum in hunc strinxerunt Ribadenaira de Principe Christiano, Thomas Bozius, de Italiæ statu, Arnisæus in Relect. Scheurlius in Polit. Velstenius, in quæst. polit. Besoldus in syno-

 psi

psi l. 2. c. 2. Machiavelli faciem ex Barlæi Orat. 2. cognoscimus. Johannes Laurent. Lucchesinus Romæ A. 1697. edidit scrutinium stultitiæ Machiavelli. Forstnerus ad Taciti Ann. l. 12 p. 260, ita judicat: *Illum virum ob summum ingenii acumen & exactam civilium rerum peritiam ego olim magni æstimavi; At postquam in homine Numinis reverentiam, religionis contemtum, & cum summa disciplinæ civilis peritia, summam sacrarum rerum ignorantiam, & profanam immortalitatis, quam Christiani speramus, incuriam, denique audacibus, præcipitibus sceleratis, quæque alia regno conducunt idem atque honestis consultis pretium animadverti, profecto, non multum mihi de pristina hominis æstimatione decessit, sed & haud secus, ac cum homine, a meo genio moribusque alienissimo, cum sicurio, cum insidiatore, cum venefico, cum fera denique & noxia bestia, ingrata quidem, sed necessaria conversatione utor.* Plura in Machiavellum hunc dicit Conring, de civili prudentia p. m. 16. cui addatur Jovius in elogiis; Kesler in methodo disputandi, Corollario 3, Spizel in scrutin. Atheism. Pacificus a Lapide in notis & stricturis ad Monzanb. p. m 7, impium vocat doctorem &c. Extat nunc Politicus sceleratus, a Pellero impugnatus Noriberg. 1669. 8. (hunc Pellerum cum Feldeno, Winckelmanno &c. vocaturus erat ad censorinum tribunal Sarcmasi-

masius, postquam ediderat judicia de novissimis prudentiæ civilis scriptoribus ex Parnasso, quibus Petrus Nasturtius judicium de judiciis Irenopoli opponebat.] Quo pertinent; Liber de ortu & progressu Spiritus politici, & quo ille nisi fortiter ei occurratur, sit evasurus, cum præfat. An Antipoliti, cum hoc opus deceat suum autorem, Caroli de Grobendoncque S. J. Pragæ in f. 1666. Axiomata, quæ quibus fraudes politicæ insistunt, recensent. · Homo politicus, & Monita privata S. J. mihi in 4. Anno 1657. quæ & extant sub titulo: Aurea monita religiosissimæ S. J. in gratiam Politicorum & omnium qui Jesum amant pro studio edita a Theophilo Eulalio Catholico Bohemo.

Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim
Sic puto Torquatus rumpat Otacilium.

Excusa Placentiæ Pacifici a Lapide 1668. La morale Pratique des Jesuites, a Cologne 1669. & Breviarium Politicorum secundum rubricas Mazarinicas Colon. 1691. Perperam tales censeri politicos, statuit laudatus Conring. c. 2. l. 1. l. c. p. m. 5. s. f. Princeps noster Machiavellicus in numo post alia dicitur IMP. VIII. Nomen castrense est, & ad exercitum, cujus Imperator vel primaria pars, vel princeps extitit,

 per-

pertinet; Quemadmodum vox CONSUL ad cives ſpectabat, dumque Cæſares & civitati & exercitui ſoli præeſſe cœperunt, jam COSS. jam Imperatores, & COSS. & IMPP. ſimul dicti ſunt. Poſt hunc quidem noſtrum COSS, non Imperatores tantum de ſuo priſtino ſplendore amiſerunt, ut eorum faſti pene extincti ſint. Meminit Seneca Vobiſci & Paterculi COSS. l. 7. not. quæſt. c. 28. Sed quo anno COSS. hi fuerunt? Capitolinus mentionem Aurelii Fulvii Antonini injicit, at quo anno? Regis nomine exterminato, Imperatoris ut frequentiſſimum, ſic ſvaviſſimum erat. Et eſt hodie ſummi Chriſtianorum Monarchæ LEOPOLDI. qui merito ſolus jure hoc nomen ſibi vendicat. Boſius in Introduct. in not. Rerumpl. Schweder Introd. in jus publ. part. gener. c. 4. p. m. 98. Regem Franciæ JCtos (Gallos puta) appellare Imperatorem ſcribit Ludov. Celiotius Jeſuit. in panegyr. Lud. XIII. p. m. 92. ut qui majorem in regno ſuo, quam in imperio Imperatorem habeat poteſtatem, Regibus omnibus tanquam ſtellis ſolem antecellere &c. Ipſe ego poſſideo ſemiuncialem Ludovici XIV. in cujus limbo circa caput ejus hæc leguntur; Ludovicus Dei Gratia Franciæ & Navarræ Rex. IMP. Volunt utique Galliæ Reges κατ' ἐξοχὴν dici, ut olim Perſæ.

Ulti-

Ultimos monarchiæ Dominos fore, ex galli cerebro conjiciebat Petrus Gregorii in præsidiis optimi JCti l. I. c. II. citante Prætorio in der neuen Weltbeschreibung part. 2. p. m. 108. Conf. passim Sorel de prærogativa Regum Galliæ, cui capistrum injecit Sauter passim in de statua Nabuchodonosoris inconcussa Sulzbaci Anno. 1680. in 8. Add. Lanſ. pro Gall. p. m. 138. Turcorum Imperatorem salutare nostrum Præcipuum inter Principes J. C. tradit Cruſ. tr. de præcedent. Et dissert. anonymi de libertate omnimoda typis exscripta Norib. Anno. 1668. Conf. Sincerus Germ. a Lapide in Mercur Germ. & Conring. de finib. Imp. c. 21. Heldi consilium f. c. Limnæus (Jenensis, Marchionum Brand. Onolzbacensium olim Consiliarius intimus ab Ahasv. Fritschio in dissert. 1. J. P. §. 19. p. m. 49. varie notatus) expresse ait Gallos quondam suis Regibus titulum Imperatoris tribuisse. Affectasse aliquando Castellæ Reges, narrat Joh. Andr. Gerhard. in quæst. jur. publ. hexad. 3. quæst. 1. Referri huc potest Freinshemius de præcedent. Elect. S. R. I. & S. R. E. Cardinal. ubi ex illustris Stryckii Rhet. illustr. instit. jur. publ. prælect. l. II. tit. 2. §. 144. & tit. 6. §. 10. observo Electores & status ad exteros Reges, etiam Galliæ scribentes, non uti voce majestatis, utpote quod solum Rom. Imp. aut

Reg.

Regi conveniat, sed dignitatis, (patet hoc etiam ex epistolis olim, & nunc inter tales mutatis.) Hac voce autem utentes Electores, Regibus audiunt Hochgeborne. Civilem vero temporum rationem sequentes, Regesque vocantes Ew. Majestät, Serenissimi & Fratres a Regibus salutantur.

TRIBUN. POT. Tribunitiam notat potestatem. Cum populus a Patribus secessit, quod tributum & militiam non toleraret, nec revocari posset, Menenius Agrippa de ventre otioso & reliquis artubus verba fecit, cujus facundiæ cesserunt ira, consternatio, & arma, & agi deinde de concordia cœptum, concessum in conditiones, & creati tribuni plebeii duo A. V. C. CCLX. Liv. Dec. 1. l. 2. p. m. 89, post expulsos Reges sedecim annis, ex plebe, Lips. de mag. R. c. 14. p. m 60. quorum magistratus erat sacrosanctus Liv. l. c. adeo, ut ejus, qui eis noceret, caput sacrum esset, familia ad ædem Cereris, Liberi Liberæque venum irent Brisson. l. 2. form. Liv. l. 3. p. m. 167, populum adversus COSS. juvabant contra magistratus vim creati Vict. de V. JU. c. 18. p. m. 56, ad limen curiæ sedebant, senatorum acta modo scindebant, modo probabant. Læt. de magistr. Rom. p. 10. aut ad populum ferebant Brisson. l. c. p. m. 219, tribus ad suffragia vocabant, oppressos juvabant,

vabant, & eripiebant Lipſ. de magn. R. c. 15. p. 62. eo fine eorum januæ ſemper erant apertæ Plutarch. Probl. 81. & nullam noctem ab urbe abeſſe licebat §. 21. Auxilium plebs eorum his implorabat verbis: *A VOBIS TRIBVNI, POSTVLO, VT MIHI AVXILIO SITIS.* Briſſon. l. 2. p. m. 27. *PROVOCO* Appius inquiebat Liv. Dec. 1. l. 3. p. m. 168. Si videbatur, pollicebantur, *AUXILIO ERIMUS* Briſſon. l. c. p. 272. Cæſ. l. 1. de *B. G.* p. m. 279. & 280, ſin minus, dies dicebatur Liv. l. c. p. m. 170, intercedebat populus Liv. l. c. *SE NON PASSVROS, ſ. NON PATIAR FIERI.* Val. M. l. 4. c. 1. Interdum *A VI PROHIBEO.* Gell. l. 7. c. 9. Horum verborum tanta vis, ut privati magiſtratus omnes parerent. Lipſ. l. c. c. 15. p. m. 62. Qui non feciſſet, per viatorem in carcerem abripiebatur, vel die dicta apud populum accuſabatur. Et ſic Tribunus Pl. Romæ COSS. oppoſiti ea ratione, qua Ephori Lacedæmone Regibus. Lipſius in Admir. Romæ l. 4. c. 5. p. m. 188. inquit: *Tribunitia procella peſtis unica & labes in Romana re.* De legibus tribunitiis agit Pomponius JCtus l. 3. Cicero ex parte carptim l. 3. de *LL.* tales profert: *Plebs, quos pro ſe contra vim auxilii ergo creaſſit, Tribuni ejus ſunto. Quodque ii probibeſſint, quodque plebem rogaſſint, ratum eſto, ſanctique ſunto, neve plebem orbam tribunis relinquunto &c.* p. m. 453. Ut

au-

autem intercedere debebat munus tribunorum vehementiæ & violentiæ, sic postea illustres cives facti sunt feroces, & indicta causa bonis & exilio multare, obtorto collo ad supplicium trahere COSS ipsos in carcerem ducere pro ludicro habebant. Nihil non ausi pro libidine libertatis plebejæ tuendæ, prætextu, ut demum libertatis publicæ fundamenta omnia subverterent, donec L. Sulla eam non solum detruncaret, sed fere radicitus tolleret Cæs. l. I. C. passim. Fuit dein Sacrosanctum hoc tribunitium jus per Cæsares ad monarchiam translatum, Reipl. statu S. P. Q. voluntate, & primum Augustus, post noster reliquique sibi adscripserunt. De tribunis militum Lazius l. 2. c. 10. p. m. 207. & l. 4. c. 10. p. m. 468. seqq. Polyb. hist. l. 6, c. 16. p. m. 421. De celerum officio, quod post prætorio præfectorum Pompon. lc. c. 6. §. 19.

§. XXIII.

Num. II. Ex ære hic est orichalci naturam imitante. Imago Cæsaris Germanici, dextra aquilam vix conspicuam, sinistra vestem levantis & bacillum [lituum forte] tenentis. Occo legit: SIGNIS RECEPTIS, DEVICTIS GERM. Ego puto: SIGNIS RECEPTIS DEVICIT GERM. Aquila legionis est, quam clade Variana amissam ipse recepit. Ut accipiter tutulatus animam, seu

solis

ſolis genium, h. e. ſummam in ſyderio mundo poteſtatem Ægyptiis notabat Kirch. in Obeliſc. Pamph. p. m. 30. Sic aquila Rex avium & volatu & celeritate & corporis robore (licet non mole) & viſu reliquas ſuperans Rerumpl. primariarum ſymbolum extitit. Hodie præter urbes Imp. R. primarias & Sicilia, De Moſcou. aquila prolixe Acta eruditorum A. 1708. p m. 220. ſeqq. ex Joh. Georg. Korb Diario Jtineris Moſcovitici Ibidem in Act. p. 449. ex Joh. Michaelis Heineccii de veteribus Germanorum aliarumque nationum ſigillis eorumque uſu & præſtantia Syntagmate, quod ſicut verſiculi: Aquila Ezechielis

Sponſæ miſſa eſt de cœlis
Volat ipſa ſine meta
Quo nec ales nec Propheta
Evolavit altius.

& Lotharingia, & Moravia, & Auſtria, & Moſcovia, & Brandenburgicus heros, & Terioli & Saxones & Catti & ipſe Cæſar cum Polono, [Lechus gentis autor ibi, ubi nunc Gneſna eſt, plures aquilarum nidos reperit, indeque non ſolum urbem Gneſnam Sclavoniæ nidus Gneſdo dicitur, appellavit, verum etiam pro inſigni militari aquilam albam aſſumſit. Starevolſci in Polon. p. m. 5. Læt. comp. hiſt. univerſ. period. græc. ſæc. 1. c. 13. ſ. f. p. m. 223.] aquila delectan-

ctantur. Danitas in deserto figuram aquilæ, in vexillo habuisse docent Rabbini, quos refellit. Bochartus in aureo suo hierozoico part. 1 l. 3. c. 5. p. m. 772. Persas hac fuisse gavisos Xenophon. l. 1. παιδ. Cyri refert. Græcos pariter hac usos, Golzius n. 7. tab. 36. exhibet. Romanorum legibus Caj. Marius in secundo consulatu suo A. V. C. DCXLIX. dedit, qui puer in agro nidum aquilæ cum septem pullis repererat. Faustum futuræ septenæ dictaturæ signum. Victoriæ auspicium Aristander aquilam paululum super caput Regis placide volantem militibus monstravit. Avis internuncia Jovis Cic. de N. D. l. 1. & de Divin. l. 1. Jovis satellitem appellat. Credebant scil. veteres Jovem auguria mittere, ac proinde augurium Jovis esse consilium, Auguremque Jovis consiliarium. Horum dignitatem maximam fuisse §. 22. differt. 3. dictum est. Victoriarum suarum nunciam habuit Augustus. Contractis enim ad Bononiam III. virorum copiis, aquila tentorio ejus supersedens duos corvos hinc & inde infestantes, afflixit, & ad terram dedit. Sveton. in Aug. c. 96. p. m. 138. It. c. 94. p. 136. Ex historicis recentioribus de Carolo V, deque Regibus & magnatibus aliis produnt similia Thuanus & Jovius. Marius cum daret legioni, Roma orbis erat, non urbs. Lips. de magn.

Rom.

Rom. Magnos magna decebat. Ejus instituto una quaeque legio suam habebat aquilam, quam regebat primus centurio, cujus dignitas in exercitu summa, & pene invidenda erat. Caput & dux reliquorum centurionum omnium erat, ut & alii sua quisque signa adsistebant, & tuebantur sic hic aquilam suam argenteam, ut plurimum auream. Figuram dedit Dion. dicens: Εστι ναισκος μικρος και εν αυτω αετος χρυσους ενιδρυται, και εν πασι τοις εκ του καταλογου στρατπεδης, και αυτων εις ανηρ επι δορατος μακρου εν οξυ του στυρακος απηγμενου, ωστε και εν το δαπεδον καταπηγνυσθαι φερει. Expressit schemate Pierius lc. p. m. 54. Circa hanc in praelio [non aliter ac nunc inter Turcos circa caudam equinam, de qua rerum Turcicarum scriptores passim evolvendi sunt] labor plurimus, ac summa cura; Anteibant ipsam Duces, Tribuni, & castrorum praefecti. Aquilam ex hostium manibus repetiisse, plus erat, quam eorum mille interfecisse. Hodie cur biceps, & alia memoria oppido digna de aquila, habent Rothius in exercit. docta histor. de antiquissimo & adhuc durante signo Aquila, Jenae 1669. Schweder in Introd. in jus publ. part. spec. c. 1. §. 16. seqq. Spener in opere heraldico l. c. 9. & 12. seqq. Boxhornius in institt. Politicis l. 2. c. 9. §. 1. de Imperii Germanico Romani

accipiti, Becmannus in tr. de notitia dignitatum illustrium, c. 3. §. 6. Hæc nostra legionis XXI. fuit. Clade Variana receperat Tacit. l. 1. annal. p. m. 25. *Bructeros sua urenteis expedita cum manu L. Stertinius missu Germanici fudit, interque cædem & prædam reperit undevicesima legionis aquilam cum Varo amissam.* Et l. 2. p. m. 47. arcus *ob recepta signa cum Varo amissa ductu Germanici, auspiciis Tiberii &c. dicantur.* Adde pl. ll. cc. Taciti, quem in omnibus bibliothecis reponi, & singulis annis decies describi curavit Tacitus Imperator. Et quamvis hoc modo ab interitu Tacitum suum vindicaturus erat Cæsar, parum tamen abfuit, quin periissent aurea hæc monumenta. Periissent, ni Corbejense monasterium custodivisset & post multa secula doctis concessisset. Si civica donabatur, qui unum conservaverat civem, qua dignus erit, qui viri summi & doctissimi monumenta? Si verum est, quod ante menses aliquot tulit Mercurius, sane Judæo isti ope Dominicanorum converso, & duo Davidis MSCta Magno Duci Hetruriæ offerenti, universus literatorum exercitus maximas debet. At habebunt antiquarii & Critici, quod hic inspiciant, nec de punctis, nec de literarum Ebræarum figuris amplius lis supererit. In Oriente & præcipue in Arabia & Ægypto
rarissi-

rariſſima ſupereſſe MSCta, credo, at inter iſta eſſe Davidis, valde dubito; quodidem de Bibliis Eſdræ manu exaratis, quæ Bononiæ in æde Dominici aſſervantur facit, cum orthodoxis B. Hülſemann. in de nat V. & N. T. c. 7. §. 4. Ejusdem authenticum exemplar, an inter Judæos ſuperſit, vid. Hotting. theſ. Philol. l. 1. c. 2. quæſt. 2. p. m. 115. ſeqq. Tacito Boecleri orat. XIV. Ann. 1636. privatæ ejus interpretationi præmiſſa hoc tribuit. *Magno Voſſio judice, nihil eo ſcriptore vel cogitari poteſt prudentius.* Add. Muret. Orat. 13. vol. 2.

Currum vehitur noſter. Triumphalis eſt. Capſa cupæ inſtar eſt rotunda. Sunt, qui triumphales totos aureos, aut eburneos faciunt, mihi non videtur. Inauratos, aut ebore obductos fuiſſe, certiſſimum eſt. Noſter Jovi Tarpejo ramum oblaturus in Capitolio, in rei memoriam ſervandum. Birota utitur. Varias birotarum ſpecies Upſalienſium quondam decus Schefferus in de re vehiculari veterum doctiſſimis libris ſparſim exhibet. Mirus erat currus triumphalis, quem anno 1660. Rex Benegalæ Regi Mogorum dabat dono. Auro ac gemmis fulgebat, non hominum ſed belluarum opera ducebatur. Trahebatur a duobus niveis & perquam mirifice veſtitis caballis, in ſuperiori currus loco velut in ſolio Re-

 gio

gio ingens ſedebat moloſſus, pretioſis phaleris monilibusque ſplendide adornatus, qui incredibili gravitate proceribus obviis debitam profunda capitis inclinatione reverentiam exhibebat. Simii ſuperbe culti thronum ſatellitum inſtar circumdabant, ad canis nutum promtiſſimi. Auriga erat grandis ſimius aurea chlamide indutus, cujus pileolus gemmis & auro pariter fulgebat, ut pluribus perſequitur Kircher. in Chin. illuſtr. part. 3. c. 7. p. m. 195.

GERMANICUS vocatur CÆSAR. a rebus præclare ab ipſo in Germania geſtis, ut Africanus ille ab Africa. Ac ſi nullibi veram nominis gloriam conſequi potuisſent Romani, quam in Africa & Germania. Sic inter titulos imperii fuiſſe Germanici nomen, teſtantur Cajus, Claudius, Nero, Vitellius, Domitianus & Trajanus, qui Germanicum noſtrum vel ſanguine, vel adoptione contingerent. Cum Germanis *Prorſus Nannus* (id enim notat German. ut Gertrud prorſus amabilem, Arum. de jur. publ. Vol. 5. diſſ. 2. p. m. 70. Reink. de regim. ſec. & Eccl. l. 1. cl. 3. c. 4. n. 7. p. m. 236) dici vult, cum nomine hoc Germanorum virtutem induturus. Nec fallit vetus dictum:

Wer im Krieg will Unglück han
Der fang es mit den Teutſchen an.

Cete-

Ceterum de Germanis notamus obiter. Gens hæc ſine heroibus & Principibus fuit nunquam, non vero habuiſſe ſemper Homeros, Herodotos, Curtios, Cæſares &c. fatemur, dolemus. In ipſorum hoſtium puta Romanorum, pro laudata Germanorum virtute ære nos eſſe, largimur. Quæ infra Cæſaris ævum ponuntur, incerta ſunt pleraque. Reperiuntur tamen, qui ſeriem ſequentem in modum inſtituunt:

ARIOVISTVS, Ehrenveſt/ fratres habuit Dorulacum (Durlach.) & Breitmarn / A. M. 3914.

VIRIDOMARVS, Friedmeier / victus a COS. Mercello 3728.

BRENNVS III. 3570.

LANDINVS Getarum Rex 3430.

BRENNVS II. 3360.

BELLOVESUS Baldweiß /

SIGOVESVS Siegweiß/

HELITONIVS Held/

WOLFFHEM SIKINGER, filios habuit, Kels, Gall & Hyller.

FRANCVS,

HECTOR,

BRENNVS I. der Brenner.

VLSING

LAREIN, cujus arma Rhæti hodie oſtendunt.

ADELGAR ſeu *ADELGER*.

INGRAM.

 BOIVS,

BOIVS, ſub quo duo exercitus, alter virorum, alter mulierum Amazonum, der Metzen (Metz eſt virago, de Amazonibus autem extat Petri Petiti diſſertatio, qua, an vere extiterint, ultro citroque conjecturis & argumentis diſputatur, multa etiam ad eam gentem pertinentia ex antiquis monumentis eruuntur Pariſ. 1685, 12.] Add. Sagittarius in peculiari diſſertatione, in Aſiam miſſi ſunt.

ALEMANN. Germanorum Hercules, filios habuit quatuor, Bojum, Noricum, Hunnum & Helvetum.

TEVTO. Convenire nomen hujus Teutonis, alias Tuitonis, aut Tuiſconis ipſi Deo, cum & Ægyptii quemvis Deum Teut. vocarint cujus filium Man. ſtatuerunt, quem ipſum Adamum eſſe, poſſe putat Hachenberg. diſſert. I. Germ. med. de illuſtr. Germ. origine §. 2.

VANDALVS, hinc die Wenden.

SVEVUS

CAMBRIVIVS ſ. cimbrus.

MARSVS.

HERMION, unde Hermanſaal, ſeu Hermienſul, cujus hiſtoriam ſcripſit Henr. Meibomius, edidit nepos ejus Helmeſt. 1660. recenſet etiam ſæpe laudatus Hachenberg. l. c. diſſert. 8. de relig. gentil. vet. Germ. §. 6. p. m. 257. Arnold. in appendic.

dic. ad Alex. Roſſ. p. m. 70. Nobiliſſimus Dnus Waſſerbach Ann. 1686. ſub præſidio Dni van Maſtricht Duisburgi originem & Hermiensburgk & Hermienſul docte nobis expoſuit.

ISTAEVON cujus uxor fuit Freya Germ. Venus.

INGÆVON

MAN quem Abrahami tempore ad Rhenum habitaſſe dicunt. De hoc Manno Vid. Monatl. Unterred. Ad A. 90. p. 2. p. m. 245.

TREBETA huc pertinet. Eſt mihi vetus MSCTum chronicon, ante ducentos & ſexaginta ſcriptum annos, in quo de hoc ita extat: Nynus Son Hieß Trebeta, du dis Motter geſtarb / do namb Nynus eyn ander Wip / do ſtarb der König Nynus und das Konigrich vil uf Trebetam, du wolde ſyne Styffmoer das her ſie zu der Ee neme / uf das das ſie Konigin bleben des Landes / und do her dis nicht thon wolde / do treyb ſie yn uſtz dem Lande / das her vor yr über das Meher flyhen moſte / und kam an der Moeſa / und bauwete do ene Stadt nach ſynem Namen die heyſſet Tryre / und brachte do mit yme xx tuſend Gewapnete mit den beſchwang her Düſcheland und her wart der erſte König in Düſchenlanden.

ASCENAS. Jerem. II, 27.

GOMER

JA-

JAPHET
NOAH. (Hic catalogus non placet Benjamin Hederich in der Anleitung zur historischen Wissenschafft/unde etiam Mannum, Jngævonem Jstevonem & Jberum ejicit) Teutomirum; Vannium, Emericum, Arminium, Segismundum, Marobodum &c. ex Strabone, Tacito, & Marcellino nominat Althamer in Tacit. Comment. Germ. p. m. 171. seqq. De veterum Germanorum re plura evoluturus, evolvat laudatum Lazium de gentium aliquod migrationibus, Fritschium Exercit. 1. juris publ. Kirchmajerum & Althamer in Tacit. de morib. Germ. de Cluveri antiqua Germania H. Grotius de antiquitate Reipl. Batav. p. m. 121. ait: *Passim in illo libro didicimus multa ex ingenio suo nimis quam confidenti refingere atque legere, ita, ut, si cui ridicularia placent, adeat Cluveri Germaniam antiquam.* Goldastum de scriptoribus rerum Alemannicarum primo loco nominare debuissem, quo non inferior Freherus de Scriptoribus rerum German. Michael Hertz. in notis ad Script. rerum Germanicarum 1678. in f. Conring de habitus corporum Germanicorum & antiqui & novi causis Helmst. 1666. in 4. Rhenani libri tres rerum Germanicarum Wagners Ehren-Spiegel Teutschlands/h. e. von Herkommen und Wachsthum der Teutschen/ Wien/ 1692. in f. Leibni-

Leibnizius de Scriptoribus rerum Germanicarum Hannov. 1700. in 4. Schilteri Scriptores rerum Germm. Argent. A. 1701. in f. Meibomii Scriptores rerum Germ in f. Veterum Germanorum mores plerosque sublimi describit stylo in Arminio suo passim Lohenstein. Circa A. C. 277. in Germania & quidem circa Rhenum primas plantatas fuisse vites, imperante Probo, refert Lehmannus in Chronico Spirensi l. 1. c. 24. Huc pertinet Lentulus de Germ. veteri, & Hachenbergi Germania media, Conring. de origin. juris Germ. Schottel in der Teutschen Sprachkunst/ & de antiqq. in Germ. juribus. Veterum Germanorum statuta bona ex parte extant in codice LL. antiqq. Friderici Lindenbrogi, De origine & incremento linguæ Germ. præter Schottelium nuper admodum egit Dn. Gravius Herborn. Phil. Prof. & P. in seiner Hochteutschen Grund und hohen Landes Unterrichtung *1695*. Herborn in 4. judicio XI, XII, XIII. seqq. a pag. m. 22. ad seqq. Fecerat, sed brevius idem jamtum in demonstratione sua paradoxa.

N. III. AGRIPPINÆ M. F. &c. Argenteus est. Mater nostræ fuit Julia AUG. filia. C. J. Cæsaris nepotum seriem sequens exhibet tabella:

Mater nostræ Julia. formosa quidem,

ſed vinoſa ſatis & intemperans, & immorigera mulier, lingua perverſa, & moribus effrenis filia fuit. Fratres Cajus & Lucius Auguſto perchari fuerunt, Noſtræque ſimiles, ſororem vero cum fratre Agrippa extorres fecit Cæſar, vinum interdixit, nec adire laſcivas Cæſare inconſulto cuidam conceſſum fuit: κακα κοραιον κακον ωον, quorum nec ſine ſuſpicio meminiſſe potuit Cæſar tres vomicas, & tria carcinomata vocans. Svet. c. 65. Aug. Forma Noſtra eſt venuſta. Formoſa facies muta commendatio eſt, & tanta, ut Ariſtoteles pronuntiare non veritus ſit, ſi qui reperirentur ea corporis pulchritudine, quam in Deorum ſtatuis priſci repræſentabant, neminem dubitaturum, quin eos omnibus aliis imperare oporteret. Plautus in milite inſigne encomium daturus, virum fortunatum vocat, & forma regia. Multos ſane forma fecit principes. Et præcipuam hujus gentes in eligendis Regibus habuerunt rationem; quin ipſius Numinis judicio res Ebræorum adminiſtrare juſſus, qui non familiæ tam ſuæ, quam corporis univerſi eſſet nitidiſſimus. Exod. 2, 2. 1. Sam. 16, 12. c. 17, 42. c. 10, 23. Curtius l. 6. c. 1. Lacedæmoniorum Regem dilaudant ait; *In omni exercitu non armis modo & animi magnitudine ſed majeſtatis & corporis eminebat.* Notum inſuper eſt a Spartia-

Planeus

ulia hae
nupsit Ne-
roni Ger-
man. filio,
deinde C.
R. Planco,
unde

Vipsania
ipr
olim Caji

Agrippa
a
sti.

T. Ner.

w

tianis multatum eſſe Archidamum Regem, quod exiguam duxiſſet uxorem Plut, περιπαιδ αγ. l. c. 1. ſ. f. eos ȣ βασιλεας, αλλα βασιλιδια παρασχειν αυτοις διανοειτο. Facere formam ad donum vaticinandi, Vid. Buddeus in quæſtione; An naturali homines polleant vaticinandi facultate, §. 11. Sic lætum erat omen, ſi formoſiori occurreres in via, inauſpicatum vero deformi. Add. Tiraquell. in 2. L. connub. gloſſ. 1. part. 2. p. m. 34. ſeqq. Et Saavedr. Symb. 3. p. m. 19, 20. edict. Bruxell. in f. Bartholin. de luce c. 11. p. m. 84. ſeq. Noſtras fœminas præcipue commendat forma, ſecus ac putant fœminæ regnorum Necbals & Barantalæ nunquam religionis cauſa aqua ſe lavantes, ſed oleo quodam putidiſſimo, quo præterquam intolerabilem fœtorem ſpirant, ſe inquinantes. Kirch. l. ſ. c. part. 2. c. 2. p. m. 76. Tales Veneres fuere, quæ ann. 1468. Carolo pugnaci Duci Burgundiæ ſubiugatis Leodienſibus cum ex Hannonia Inſulam urbem veniſſet inter alia ſpectacula honori Principis datæ fuerunt, ex Thuan. l. 77. Phil Carol. not. ad trigam ſolœciſmorum Polit. p. m. 21. ſeq. Coma Noſtræ calamiſtrata eſt. Rutilatam (Plautus & Catullus cineriam appellant) auri ſcobe, quod ſolebat fieri, aſperſam credo, id quod monetarius exhibere non potuit. Nec pictores nobis

fœminarum Turcicarum nobilium capillum & ungues auratos concedunt. Cincinnus Agrippinæ pendet longior, tunc temporis decus summum, Rango de capillam. c. 8. membr. 7. p. 179. seqq. Bartholinus l. c. p. m. 87. seqq. His nunc, pone licet, gaudent Tartari & præcipue Imperii Sino Tartarici supremus monarcha tali insignis est apud Kirch. l. c. p. 112. Quanti comam suam faciant ipsi Sinenses, & quod vitam potius, quam capitis decus hoc amittere voluerint Tartaris ad rasuram illos rapientibus, vid. Nieuhoff l. s. c. p. m. 125, 419, 422. Inter Europæ Principes nostri seculi appendentes cinnos Agrippinæ similes, testibus imaginibus habuerunt Christianus IV. Dan. R. Christianus Episcopus Halberst. D. B. & L. Albertus & Fridericus Saxones, Magnus, Dux Würtenb. Bernhardus ille magnus &c. & nunc ex capillamentis suis pedissequi, caculæ & calones. Ævo Agrippinæ perfrequens erat fœminis Principibus. Talem conspicio Liviam Drusillam, Æmiliam Lepidam, Æliam Pætinam &c. Vestem, qua humeros, puto purpuream aut auratam esse, quales olim matronarum etiam civium R. nunc vero solum Imperatricum & Reginarum erant. Lugentes, cœrulea utebantur, (quod hodie Ceilonenses ob longam mitram cœruleam, luctus signum gerentes, imi-

imitari videntur. Alias galbineus, undulatus, croceus, myrtheus, amethystinus, roseus, castenus, amygdalinus, cerinus, aliique post purpureum in pretio colores erant. Pluribus hæc illustrarunt, qui de re veterum Rom. vestiaria scripserunt, suntque: Manutius, Baysius, Ferrarius, & Rubenus. De re vestiar. vet. Germ. agit Hachenberg de Germ. med. dissert. ultim. De pileo veterum Petrus Maridet, de penula extat Tertullianus cum notis Salmasii, de eadem quoque Thomas Bartholinus. De tibiis vett. Caspar Bartholinus. De calceo antiquo Balduinus in Gallia sutoris filius, Acta erudit. ad annum 1684. Febr. p. m. 68. in Gallia Julium Nigronum de vett. caligis scripsisse, tradunt. Ebræorum calceos & pedum ornamenta commentario explicavit Ant. Bynæus. De antiqq. torquibus Joh. Scheffer, de armillis Thom. Bartholinus, de annulis in libello aureo digno annulo Kirchmann, de coronis Maderus, agunt. Ornamentorum ad munditiem & luxum fœminarum & veterum & recentiorum genera recenset Tiraquell. in 3. L. conn. gl. 1. part. 3. p. m. 52. seqq.

Facies numi aversa bigas mularum habet. Mulos invenisse Anan. Gen. 36, 24. sentiunt doctissimi Vid. Pfeiff. dub. vexat. L. LXV. p. m. 168. seq. Vix ante hos ad

currus junctum aliud est animal, obque varias virtutes nunquam non in summo sunt habiti pretio 2. Sam. 18, 9, 1. Reg. 1. 33. Apud Homerum iliad Ω ipsum Priami currum trahunt Adde Sveton. Neron. c. 30. Unius fuisse coloris (quod jam olim inter summa decora numeratum fuit, Curt. l. 3. c. 3 & hodie numeratur) non dubitandum est. Vehiculum carpentum est, quod fœminam nobilissimam decebat, & quale Tullia aliquando per patris corpus egerat Liv. decad. 1. lib. 1. p. m. 80. Flor. c. 7. l. 1. p. m. 13. Exhibet doctissimus Scheffer l. c. l. 2. c. 17. p. m. 115. sed vel ibi pictor non satisfecit suo officio, vel numus, ex quo desumsit, detritus fuit. In nostro, quod cernis, mularum rector non est, sed tres imagines nudæ, stantes fulcrorum instar cameratum tectum tenent, duabus aliis minoribus ad latus positis. Funes quoque conspiciuntur. Reliqua quæ ad explicationem hujus vehiculi pertinent prolixe habet laudatus Scheffer. l. c.

S. P. Q. R. Circa hæc inspiciendi sunt: Valerius Probus de literis antiqq. Antonii Augustini Dialogi de medaliis, Magnonis, aliorumque notarum explicationes, Prettenius de notis & signis antiqq. Patinus in Introduct. ad histor. numism. p. m. 169. Goltzius


Goltzius in thesauro rei antiquariæ sect. 24. Sertorius Ursatus Patavinus inter omnes reliquos optimus est. Batav. in f. A. 1672.


MEMORIÆ AGRIPPINÆ. Fortis nostra, & generosa mulier, matre, fratre & sorore longe melior, Reipl. & armorum potius, quam libidinis curam gerens sui memoriam inter cives omnino promerita erat. Germanicum suum non solum in Germaniam ad castra secuta, verum etiam in Asiam comitata, & telis defendit, summa quoque in defunctum pietate lata fuit. Tacit. l. 1, & 2.

)o(

DIS-

DISSERTATIO VI.
CLAUDIUM & NERONEM
Istum æreum, hunc argenteum





Exhibens,
Qua &
MUSARUM PATRONOS
UT
Quosdam lycei juvenes in arte bene di-
cendi versatos circa Examen vernum ex
cathedra memoriter dicturos audire,
vellent,
Observanter & officiose
ROGABAT
M. ZACH. GOEZE,
Gymnas. Osnabrug. Rector
Pridie Non. Martii Anno M.DC.XCVIII.

Idcl

Idel Jobſt. de Vincken, *Nobil Oſna-brugenſis.*

Hic, ex quo breviter quid poſſit Eloquentia oſtenderat, Auditores, ut benevole attendere vellent, orabat.

Johann Simund, *Oberdorlenſis Thuring.*

Pudorem carmine græco injiciebat Judæ proditori.

Gottfried Avianius, *Wichmaria Cambergenſ. Thuring.*

Carmine Germanico verba, quæ facere potuiſſet Regulus Roma Carthaginem rediturus, faciebat.

Henricus Labin, *Oſnabrugenſis.*

Carmine Heroico prout invenerat, & diſpoſuerat ipſe Oſnabrugam doctam celebrabat.

Henricus Königshaven, *Jeverenſis.*

Verſu germanico excitaturus erat lætitiam ob natum Salvatorem, at cum vocatus in patriam, vices in ſe ſuſcipiebat alius.

Fridericus Moriz Meyer, *Rhed. Tecklenb.*

Chriſti in cruce pendentis proſopographiam carmine germanico dabat.

Joann. Chriſtoph. Gunther Brumſtorff, *Lübbec.*

Juris Candidati laudationem funebrem inſtituebat.

Johann Heinrich Cappel, *Burenſis.*

Mores pſeudo Politicorum vituperaturus; at ex febri laborans, dolebat, ſc. his ſolemniis intereſſe non poſſe.

Joh. Samuel Fiſcher, *Aggeripont. Thuring.*

Nihil eſſe moleſtius quam ab inferiori pati injuriam, græce, per locum comm. docebat.

Johannes Balduin Schulze, *Oſnabrugenſis.*

Lætitiam ob natum Jeſum latine parabat.

† Hermannus Wichman Grems. *Jeverenſis.*

Senem quandam lacrymabat.

Wilhelmus Speirman, *Waldeccus.*

Laudationem Abneri ſtylo vernaculo inſtituebat.

Johannes Guſtavus Balcke, *Rhedenſis.*
Muſtapham Turcorum Imperatorem ad Tibiſcum poſt acceptam a Cæſarianis cladem querentem ac furentem fingebat ſtylo ex Latio petito.
Hilmar Chriſtianus Feger, *Lübbecenſis.*
L. C. ſupra Græce recitatum latine interpretabatur.
Balthaſar Hermann Lanverſieck, *Bielfeldienſ.*
Moſcorum Αυτοκρατορα carmine propemtico proſequebatur.
Frans Wilhelm Coring, *Veſmolda Ravensberg.*
Verſu Germanico ea, quæ jam tum Græco carmine in Judam proditorem dicta ſunt, exponebat.

§. XXIV.

De Germanico Cæſ. in præcedenti nuper diſſertatione quinta egeram, ſtiteram, ipſum aquilam dextra tenentem; Conſultiſſimus vero Dominus Waſſerbach Illuſtriſſim. Comit. Lipp, a Præfectura, decus Patriæ ſuæ, in peculiari tractatu ante paucos menſes edito, de victoria Harminii, eum dextra victoriolam tenentem exhibet. Fateor me in meo hoc victoriato numo (le-

ge Clodia percuſſos tales, antea autem ex Illyrico advectos mercisque loco habitos fuiſſe, tradit. Plin. l. 33. c. 3. p. m. 584. Facit eorum mentionem Varro de L. L. Cicero pro M. Fontejo Quintilian. l. 6. c. 4. Tertullianus de virginibus velandis &c.) de aquila parum conſpicere poſſe, at dextra meum victoriolam tenere, non mihi perſvadeo, cum tantum ſpatii non ſuperſit, quod victoriolam capere poſſit. Putabam nuper quidem ſiniſtra meum tenere lituum, ſed ſcipionem eſſe triumphalem nunc amplius nullus dubito. Pertinebat enim hic tam ad Imperatores triumphantes, quam Coſſ. Etenim Lipſius in hac arte probe verſatus, in Syntagm de Magiſtr. Pop. Rom. Cap. 8. baculum Conſularem a triumphali diverſum eſſe putat, quod tamen ipſi concedere non poſſum. Hetruſci a Tarquinio Priſco victi una cum inſignibus aliis, quibus Reges ſuos ornare ſolebant ſceptrum attulerunt in ſummitate aquilam habens Dionyſ. Halicarn. Lib. 3. c. 11. p. m. 293. At Regibus pulſis idem retinuiſſe ſignum Conſules, refert p. 294. non tantum tanquam decus triumphale, ſed & ut poteſtatis Conſularis ornamentum; Sic Athalicus Oſtgothorum Rex apud Caſſiodorum lib. 1. c. 6. cum An. C. IↃ. XXXV, Paulino Conſularem dignitatem offerret, Victoriolam appella-

pellabat Consularem. Ad Hetruscos aquila in sceptro translata fuit a Græcis, sic enim Scholiastes Aristophanis in avibus, ειωθασιν εν τοις σκηπτροις επι τυ ακρυ εκτοποιω ορνιθας εις κοσμον, εν δε τοις βασιλειοις σκηπτροις ην αετος. Hac ratione puto ego Justinum Lib. XXIII. c. ult. p. m. 159. corrigendum esse, & aquilam in hasta, noctuam in clypeo (cernimus enim a Poëtis & Palladis armatæ scuto hanc jungi) ponendam esse. Annon vero in illo Scholiastis εκτοποιω error, & pro eo εκτυποῃ aut εκτυπυν legendum sit, judicent quibus oculi sunt. Juvenalis de hoc:

Da nunc & volucrem sceptro qui surgit eburno

§. XXV.

TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. Drusi & Antoniæ majoris filius hic est. Socors, crudelis, inconstans, teste patre stultus, matre non absolutus sed inchoatus, græce tamen doctus, in eloquentia vero præeunte Livio profecit. Puer a suis præcipue parvi factus, quod idem accidit ante aliquot annos puero nobili nunc etiam in summa dignitate versanti. A. ætatis 50. ad diadema tractus trajecit cum exercitu in Britanniam. Germanis favebat, quorum legatis Romæ locum concedebat in orchestra, simplicitate & fiducia eorum

com-

commotus; Augustus; vero ante ipsum Legatos liberorum & gentium sociarum considere in Orchestra vetuit. Erant autem in ea Senatorum sessiones, quibus non raro se immiscebant quidam ex libertinorum ordine. Senserant nempe vires & virtutem Germanorum jam Romani inque pace & militia, erga eos tales se gerebant, ut fortes erga fortes, & socios erga socios potentes decet; Quare Romæ degentes ad suos ludos etiam vocabant Principes, sive mortuorum justa celebrarent, sive edentium honor id postularet, hoc est, cum Magistratus, Quæstores, Ædiles, idemque Flamines & Sacerdotes aut consules pro honoribus quos consecuti erant tales populo rependerent, iisque sibi devincirent, sive scenici sive gladiatorii essent. Scenici præcipue erant quibus hoc tempore præ reliquis serviret theatrum, de quibus Cyprianus Presbyter Carthaginiensis Lib. 2. Ep. 2. ad Donatum: *Adulterium discitur, dum videtur, & lenocinante ad vitia publica auctoritatis malo, quæ pudica fortasse ad spectaculum matrona accesserat, de spectaculo revertitur impudica*; sequebatur hos morum labes, post probrorum fomenta & vitiorum alimenta, præcipue cum exprimerent aut Venerem nudam, impudicam; Martem adulterum, Jovem non regno, sed vitiis Principem, for-

formosas virgines aut matronas ardenten a, nunc in oloris plumas albescere, nunc au t-reo imbre defluere, &c. His nihil pejus & turpius esse fatetur Seneca Ep. 7. *Nihil e st*, inquit, *tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere; Tunc enim per volupt a-tem facilius vitia irrepunt, Avarior redeo, a m-bitiosior, luxoriosior, imo vero crudelior & inh u-manior &c.* Arnobius ipsos pariter rid et, quod jocularibus ferirent cavillationib us sua Numina. Augustin. l. 2. de Civ. D. c. 28. p. m. 77. prolixe consentit & l. 1, c. 32. p. m. 58. delicatam vocat insaniam. Syno dus Laodicensis can. 54. (qui tamen in Gesn eri editione non est, a Balsamone vero agn o-scitur) Christianis interdicuntur οτι ου δει ιε ρα-τικους η κληρικους τινας θεωριας θεωρειν εν γ α-μοις η δειπνοις αλλα προ του εισερχεσθαι θ υ-μελικους εγειρεσθαι αυτους και αναχωρειν. B ar-thius Adversarior l. 1. c. 8. p. m. 60. Reliqu as cur sancti Patres in spectaculorum insa ni-am tam graviter invecti fuerint, ration es, habet Dilherr tom. 1. Diss. Phil. pm. 264. De iis itaque agunt, quotquot ex veteribus ta m ethnicis, quam Christianis ludorum scen i-corum hostes extiterunt mimis, οις, ut a it Amphilochius in Epistola ad Seleucum ver s. 28. ουδεν εστιν αισχρον, η το σωφρονειν. Hoc sen-su verba Chrysostomi homil. 41. in Act. l. Οταν επ. πλειον η μανια κατασχη οι σωφρονουντε ς

γελῶνται καὶ ἐν πολλοῖς μαινομένοις ὁ μὴ μαινόμενος δοκεῖ μαίνεσθαι. Et homil. 42. in eundem lib. Ἐν θεάτρῳ γέλως, αἰσχρότης πομπὴ διαβολικὴ, διάχυσις, ἀνάτωμα χρόνου καὶ δαπάνη ἡμερῶν περιττὴ ἐπιθυμίαις, ἄτοπη κατασκευὴ, μοιχείας μελέτη, πορνείας γυμνάσιον. Hac lege scenici tribu moventur Liv. lib. 7, eorum imagines ex publicis porticulis detrahuntur l. 2. C. de Spectac. & filius si præter voluntatem parentum inter mimos vel Arenarios sese sociaverit, potest a parente exhæredari Nov. 115. c. 3. §. 10. Itane ergo, ais, penitus theatrum fugiendum? Nec hoc ipse Seneca, nec ita B. Patres sentiunt, Præcipue si sint ludi eo argumento adornati, ut videantur esse ætati Actorum, conditioni & statui spectatorum apti. Fructus ex argumenti excellentia non solum honoris, sed & doctrinæ percipi potest, & nobilis juventus argumenti dignitate ad virtutis amorem excitari, quid? quod, vivis exemplis moneri potest, *fortiter agere*, *fortiter pati*, Cic. l. 2. Tusc. Quæst. Ipse Seneca c. 15. de Tranquill. animi. *Non in eadem intentione aequaliter retinenda mens est, sed adjocos revocandos.* Legum conditores, festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum; & ut de omnibus societatis sollicitus est princeps sustentaculis,

culis, ſic Auguſtus & ſucceſſores ejus quo emollirent ac frangerent rigidos ſuorum animos, ſpectaculorum autores extiterunt. Hodie, ubi celebres ſunt ſcholæ, non raro in theatro conſpicimus Muſarum alumnos. De hoc inſtituto vero non male Jac. Pontanus Vol. 1. progymnaſm. p. m. 474. *Videmus parentes admodum deſiderare ut filii doceantur bene geſtum gerere; moderari manus, vultum, corpus totum ac vocem etiam inflectere ac variare &c. liberi eſſe, nihil metuere &c. ut tacteam ad Gymnaſii quoque decus & laudem Magiſtri vehementer hac intereſſe.* Plura de his ſuppeditabit Georg. Grabovius, qui in peculiari tractatu 1689. Francof. quid de hodiernis comœdiis ſentiret, expoſuit. Adde inſignem Cellottium Orat. 1. & ſeqq. Apud Græcos in ipſis theatris Senatus habebatur. Sed hæc hactenus. His junge Morhoff. im Unterricht von der teutſchen Poeſi, c. 14. p. m. 730, Saubertum in Prodromo Philol. S. p. m. 64. & ſeqq. Johannem Ludov. Fabritium Heidelbergenſ. in Dialogo de ludis ſcenicis. Argumentum hoc A. 1683. a Joh. Schmidio hodie Th. D. & P. P. Lipſiæ, & a D. Elia Aug. Stryckio in Academia Kilonienſi A. 1693 erudite diſcuſſum fuit. Venerabilis ſenex Fechtius in Prælectionibus MSCtis in recentiores Theologorum controverſias ſ. f.

contra Gothanos præcipue solide demonstrat lusus scenicos esse etiam Christianis permissos & licitos, quemadmodum & eosdem defendit Lutherus in præfat. in Judith & Tobiam, quem sequitur Dannhauer in lacte catechetico part. 2. p. 453. Rothius Ecclesiastes Lipſ. von Mitteldingen im wider holten Unterricht/Bechmann in Casibus consc. 367, Durrius in Theol. morali p. 244. & seqq. Occo, Nostrum Roma Judæos & Christianos expulisse refert; si nititur cum aliis autoritate Suetonii, qui c. 25. Claudii p. m. 240. ait: *Judaeos impulsore CHRESTO assidue tumultuantes Roma expulit*, cum eo non facio. CHRESTUM hunc enim eundem esse, qui nobis JEsus Christus, mihi neutiquam sit verisimile. Et licet per contemtum a gentilibus quibusdam Christus noster Chrestus appellatus sit, factum id fuisse puto, quod inter seditionis faces quidam extiterit cognomine Chrestus, cumque hic, cujus facit mentionem Suetonius, inter Judæos turbarum auctor extiterit, suspicionem in bonos derivaturi Christianos, hostes Christum Chrestum appellarunt, a quo crimine tamen Suetonius facile absolvi potest. Novem Chrestos exhibet M. Paulus Christianus Hilscher in diss. de Chresto ad Collegium Anthologicum Lipsiense, qui e-

os,

os, qui hunc Chreſtum eſſe Chriſtum putant, ſolide refutat. Interim Chreſtum hunc eſſe Chriſtum noſtrum ſtatuit Ittig. cap. 6. Hiſt. Eccleſ. primi A. C. N. ſeculi, quæ prodiit Lipſ. A. 1704. in 4, & cum hoc Buddeus in diſſert. de Origine, dignitate & uſu nominis Chriſtiani §. 18. p. 45. multisque rationibus defendit jll. Cuperus in epiſtolis ad me ſcriptis, ut patebit infra. Calumnias, quibus proſcindere Chriſtianos olim ſoliti fuere vani Numinis cultores, recenſere omnes non poſſum: *PISCICVLI* nunc ipſis erant, habuiſſe autem piſces antiquitus Chriſtianos pro fidei & reſurrectionis mortuorum ſymbolo, ex periculis & monumentis docent nonnulli, inter quos Gelenius p. m. 197. lib. 2. de magnit. ſolis &c. vocem ΙΧΘΥΣ reperunt alii, quæ ipſis in mentem revocabat Ιησȣ χϱιςον Θεȣ υιον Σωτηϱα; *GALILÆI*, & ante & poſt Apoſtatam vocabantur; ſic Arrianus lib. 14. c. 7. Ειτα υπο μανιας μεν δυναται τις ȣτω διατεθειναι πϱος ταυτα και τȣ ιθȣς οι γαλιλαιοι. Autor Hiſt. Damaſceni: *Tunc Theodas ait Regi; Audivi Te certamen magnum egiſſe adverſus Galileos & ſplendidiſſimo victoria diademate eſſe coronatum NAZARENI* aliis. Sic Prudentius verbis Tatiani utens canit:

Vos Nazareni adsistite
Rudemque ritum spernite.

Suidæ verba recenſet Janus Druſius in annot. ad N. T. p. alt. p. m. 45. Εν Αντιοχεια μετωνομασθησαν οι παλαι λεγομενοι Ναζαραιοι και Γαλιλαιοι χριστιανοι επι κλαυδιου βασιλεως Ρωμαιων. *SIBYLLINISTÆ* aliis *ASINARII* quoque Eſels-Köpffe/ Chriſtusque capite pingebatur aſinino. Scelus in ultimas deportandum terras! *ATHEI*, teſte Hottinger. Hiſt. Sac. cap. 2. ſect. 1. p. m. 50. *SEMISSII*, *SARMENTITII*, *GRÆCI*, *IMPOSITORES*, *ſ. IMPONENTES. BIOTHANATI* aliis. Verpis ſumus מינים *HÆRETICI*, unde abſque omni dubio Minæorum nomen apud Hieronym. הנוצרים/ נוצרים/ unde ipſis Salvator וישע הנוצרי (per methateſin עשין) Jeſus Hanozri, ut in Vulcano digno libro Tholdos Jeſchu extat, Conf. Chriſt. Kortholt in Pagano obtrectatore & Franc. Buddeus l. c. §. 11. p. m. 18. it. §. præced. 17. p. 39. nec non laudatus Fecht in Diſſert. Iſagog. in Schomeri Colleg. §. 6. p. m. 12. De Judæorum Calumnia vid. Eiſenmengers entdecktes Judenthum part. 1. c. 2, 3. & 4. ſed & verpos pariter cum Chriſtianis olim ab ethnicis pro aſini cultoribus habitos fuiſſe, putant iſti, qui Petronii diſtichon ita legunt:

Judæ-

Judæus licet porcinum Numen adoret
Et Cilli summas advocet auriculas.

(Κίλλος, Julio Polluci in Onomast. lib. 7. & Henrico Stephano asinus & animal auritum illud est.) Alii tamen pro Cilli, cœli legunt quod τὸ שמים apud Hebræos pro Deo non raro usurpetur. Matth. 21. 15. 28. Nec tamen penitus a crimine recutiti abfuerunt, cum sæpe aras cœli exercitibus posuerint. Notus insuper est tit. C. Theodos. 8. Lib. 16. c. 6. de Judæis & Cœlicolis, de quo vide Selden de DIs Syris syntagm. 2. p. m. 371. add. Beyer. ad Seldenum p. 334. seqq. Plura de Paganorum in Christianos convitiis habet Meyer in Tentato ad III. Dom. Advent. & III. post Epiph. p. m. 544. seqq. Petersen in der Ablehnung p. m. 29. & 32. Abraham Scultet. Dub. Evang. lib. 2. p. m. 47. seqq. Kortholt tres peculiares de hac re conscripsit Diatribas. Vid. Frischmuth de ligatione Isaaci Differt. 2. & Specimen VI. Excerptorem nostrorum, ubi multa huc pertinentia offendes.

Drusi (Germanici quoque) Germanici Fratris filius est hic Noster; de cujus Drusi morte in peculiari libello Satyrico, Αποκωλοκυνθωσις inscripto, agit Seneca, quod vel propterea appono quod superiori seculo hic liber demum in Germania repertus fuerit. Notum est colonis no-

 strις

ftris dictum, dat dy de Drugs hable/ terror enim & fulmen erat Westphalorum præcipue Drusus, monumentum ejus Moguntiæ obvium esse dicitur, der Eichelnstein/ de quo prolixe Christianus Gott hilff Blumberg.

Aversa facies Claudii nostri Minervam s. Palladem habet cum clypeo & pilo. Prudentiæ & fortitudinis symbolum hoc est. Parum arma proficiunt nisi per sapientiam administrentur, Principe qui est ingenio præcipiti, & sine consilio, nihil pejus. Norat hoc olim Magnus noster Leopoldus, qui CONSILIO, &, INDUSTRIA putabat se feliciorem Augusto & meliorem Trajano evadere posse, obtinuit. Nec latuit ipsum Tullium, ut qui pro L. Manilia, & fortitudinem & scientiam rei militaris in summo Imperatore requirit. Consilio, ait apud Curtium magus ad Bessum patricidam, opus est, non impetu; adde Saavedram symb. 84. p. m. 607. edit Bruxell. præcipue, si accedunt occultæ solitudines & insidiæ a sicariis, quæ nec somnum capere, nec relaxare animum sinunt; Tutius sane vivit qui victum quærit securi, quam summi provinciarum Proceres. Clypeum gerit Pallas nostra, cujus rationes omnes apponere velle, εκ των αδυνατων est. Conf. Pier: Hieroglyph. lib. 42. c. 33. 34. & seq. p. m. 531.

Pi-

Pilum habet, ita enim ex Jovis cerebro prosiluerat. h. e. armis instructa est sapientia ad maximas & difficilimas res obeundas. Interdum dextra fulmen gerebat, nec raro in numis suis exprimi eandem volebant Impp. quo, licet Tyranni, non sine consilio & sapientia suas res se ad ministrare significabant, ad quos referimus hunc nostrum Claudium & Domitianum qui argenteos pariter Pallade armata notari volebat.

§. XXVI.

NERO CÆSAR AUGUSTUS. Sacrilegium hic, Sodomitam & Parricidam non Cæsarem [post quinquennium puta] sed bustum hominis cernis; quem serpens in cunis a matris vi defenderat. Græcam quidem & Latinam edoctus L. L. mala morte multavit Senecam præceptorem optimum. Musicus fuit insignis, nec tamen hac arte flecti potuit saxeus hic Orpheus mala morte dignus Αυτοχειρ, mala bestia, Christianorum pestis, de cujus excessu & Galbæ Principatu in peculiari libello egit Henricus Savilius eques Anglus, quem librum Isaacus Gruterus latine vertit. Numos Neronis hujus quosdam a Patino in thesauro Numismatum propositos illustrat Consultissimus Eggelingius, in de numismatibus quibusdam abstrusis Imperatoris Ne-

ronis, disquisitione per Epist. inter Carolum Patinum & seipsum. Christianorum dixi pestem fuisse, erant nempe Romani a majoribus ita instituti ut a peregrinis ceremoniis prorsus abhorrerent, unde & Valerius Lib. 1. c. 3. & Dionys. Halicarn. laudant eos quod institum hoc a Romulo acceptum sancte servarent. Dignum hinc Neronem judicarunt suum ob expulsos Christianos publica statua, quæ ante aliquot annos in Hispania e terræ visceribus eruta fuit, cui inscriptum.

NERONI CL. CÆS.
AUG. PONT. MAX.
OB. PROVINC. LATRONIB.
ET HIS QUI. NOVAM
GENERI HUM. SUPER
STITION. INCULCAB.
PURGATAM.

Cerialis Anitius Cos. designatus pro sententia dixit, ut templum D. NERONI quam maturrime publica pecunia poneretur quod cum ille decerneret, tanquam mortale fastigium egresso, & cultum humanum merito, hoc autem ad omina exitus Reipubl. verteretur, non admissum fuit.

De-

Decreturus quidem templum Neroni Senatus, sed non ut Divo, quoniam tum nemo Divus vocabatur nisi mortuus.

F. A. JUPITER CUSTOS. Sedet cum fulmine & hasta. De Jove tot monstra dicuntur quot cognomina, conf. Rosin. Lib. 2. Antiqq. Rom. c. 5. & quamvis Maro lib. X. dicat:

Rex Jupiter omnibus idem,

suam tamen salutem singulari Jovis custodia circumseptam esse credebant viri principes, quod intelligens hic noster, Jovem custodem in numis argenteis his suis expressit, quod imitatus post ipsum Trajanus Jovem cum fulmine & hasta, pallioque Imperatorem circumdantem adesse voluit, cum epigr. *Conservatori Patris Patriae* & in aliis idem Jupiter Conservator Imperatorem lauru & sceptro insignem velut in tutelam receptum munit sinu togæ, & fulmine tuetur. Ita neque se sine summi Jovis præsidio superstites esse posse crediderunt, qui pro Jehova Jovem venerati fuerunt. Magnam ac præcipuam Regum ac Principum gerere Deum curam docet nos Salomo Prov. 3.15. & Daniel passim. De cathedra Jovis nunc

dicere deberem, ſed de Numis Cathedratis egit in peculiari diſſertatione Academiæ Juliæ hodie ſidus Illuſtre Dominus D. Schmidt.

)o(

DIS-

DISSERTATIO VII.

DVOS NERONES ÆREOS







EXHIBENS

QVA ET

MVSARVM PATRONOS

Ut

Tres supremæ classis Gymnasii Osnabr. juvenes egregios & doctos

Prid. Non. Septemb. ex cathedra memoriter dicturos Benevole audire vellent Observanter & officiose Rogabat Autor

A.

A. MDC. XCIX. Nimirum exponebat res ſuperioris ſeculi memorabiles carmine Germanico Gottfried Avianius Wichmaria Camberga Miſnicus; de futuri ſeculi ſtatu, ſtylo ex Latio petito conjiciebat Joh. Conrad Gärtner Lubeçenſis, currentis vero ſeculi præcipuas res recenſebat Joh. Guſtav. Balcke, Rhedenſis.

§. XXVII.

Putabam e remoto Weſtphaliæ angulo [ita Lippiam, cum ibi degerem, appellare ſolebat in literis ſuis nitidiſſimis Excellentiſſimus Dn. Perizonius] me protractum, plus numorum quam hactenus, per otium antiquitatis ſtudioſis me exhibiturum, notisque illuſtraturum, ſed mihi hactenus adeo felici eſſe non licuit.

§. XXVIII.

Nero Claud. Cæſ. Aug. Ger. P. M. TR. P. Imp. PP. nunc prodit æreus. Caput Neronis hic cernimus laureatum. Lauri honorem ſemper apud veteres ſummum fuiſſe, conſtat ex Naſonis 1. Metam.

Semper habebunt
Te coma te citharae, te noſtrae laure pharetrae.

Tu

Tu ducibus laetis aderis, cum laeta triumphum
Vox canet & longas visent capitolia pompas,
Portibus augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.

Tredecim lauri genera recenset Plinius l. 15. c. 30. p. m. 265. Fasces Imperatorum decorabat, & ex iis in gremio J. O. M. deponebatur. Fulminis vim, a qua admodum metuebant sibi veteres, non vereri putabatur; & ante Imperatorum januas ita pendebat, nempe ferebatur quercus ante fores, quæ caput longissime efferre solebat, circum hanc autem lauri plantabantur. Præcipue sub ipsius Imperii R. incunabula corona loco laurus sumebatur, quam exornabant gemmæ & firmabat fascia, ut in Nostro conspicitur; fasciam ipsam vero fuisse candidam, constat. Cæsaris statuæ lauream candida fascia præligatam imposuerat nonnemo; Tribuni vero, rem ut putabant gratam facturi Cæsari, detrahi eam jubebant, at haud satis provide, ipse enim Cæsar licet ad Regis nomen & mentionem subirasci videretur, dignitate Regia libentissime utebatur, neminique magis infensus, quam suæ dignitatis hostibus. פתיל Ebræorum & Judæ Genes. 38. vittam quidem & capi-

capitis velamen f. ligamen potius notat, quam insigne Decus capitis omnium antiquissimum ramus, f. lauri, seu oleæ, f. hederæ fuit, quo simul arctius constringi solebat caput ut cerebrum servaret, quo minus admitteret vini aut siceræ &c. vim, ut vires tribueret luctanti. Nec penitus falsi hi fuerunt. Cernimus Herculis leonem dilaniantis caput cinctum, in effigie in ædibus Vallensibus Romæ; in ædibus vero Farnesianis Commodi Imperatoris in habitu gladiatoris conspicui caput lauro insigne est, & duorum Regum Parthorum captivorum e nigro lapide statuæ in ædibus Cæsiis ligamine constricta habent capita, pugnantium aut e prælio deductorum signa. Cur vero Venus Cupidini arcum & telum denegans in ædibus Card. Farnesii pariter nudo, constricto tamen fascia capite, conspiciatur, nondum satis constat. Bellum ni fallor indictura est misogamis. Ceterum quid prosit porro ligamen capiti, pro me docebunt sutores loro huic assueti. Fasciam in Zingaris quoque cernimus. Nobilium & Principum summorum antiquissimorum insigne potius hasta, Sam 19. 9. c. 22. 6. c. 26. 7. &c. & sceptrum est. Interdum & diadema sumserunt sibi quarundam gentium capiti, quod male veterum quidam per coronam interpretati sunt. Autor dona-

tio-

tionisConſtantinianæ mentionem facit conceſſi quoque cum reliquis ornamentis diadematis cum Phrygio, ſeu mitra Phrygia, quibus uſum fuiſſe Sylveſtrum, Carriere in chronologia Pontificum, in vita Sylveſtri tradit. Qui vero mitra Phrygia h. e. acu picta ſeu pileus incurvus quo primum Jonii, deinde Ægyptii, Syrii & poſt Phyges & Lydii uſi ſunt, ad diadema, ſeu faſciam referri poteſt, ni diadema per coronam, & male, aut pileum, quod nullibi fere apud veteres fit, exponatur? Cidarim orientis quondam geſtabant Reges (πίλημα πυργωτὸν Strabo l. 9. Geograph. vocat) Curtius l. 3. c. 3. *Cidarim Perſæ regium capitis vocabant inſigne, hoc cærulea faſcia albo diſtincta circuibat.* Pilei turriti faſciam cœruleam albo diſtinctam ipſumque pileum velantem interpretatur Joſephus l. 3. Antiq. Jud. c. 11. p. m. 76. Heſychio promiſcuum eſt tiara & cidaris. Veteres Chriſtiani ſepulchra ſua hac exornabant, quod hodie Turcis, & præcipue ſummis Principibus non infrequens eſt. Pileum dictum diademate ad frontem obligatum fuiſſe, numi quidam veteres apud Triſtanum commentario de Imp. R. t. 1. p. m. 6. 35. docent. Coronas radiatas inventum eſſe puto Latinorum; quemadmodum & ipſi Aboriginum Regi Latino Virgilius talem coronam l. 12. Æneid. imponit. De Ger-

Germanis res non adeo facilis eſt. Exhibuit nobis nuper numum Arminii laudatiſſimus Dn. Waſſerbach, in pede montis Arminii effoſſum & Principi Waldeccenſi oblatum. Ipſe Arminius caput nudus eſt, capillum vero in vertice nodo collegit. Ego licet Arminii ipſius numum hunc eſſe, vix ſtatuam, antiquiſſimum tamen eſſe, & vel ad imaginem in monumento quodam aut ſaxo ſculptam factum, genuinamque Arminii faciem habere, firmiter mihi perſuadeo. At non ſemper caput nudi fuere Germaniæ Principes; Interdum pileolo & corona utebantur aurea e quibus vel pars caudæ equinæ, aut pennæ gruis aut tetraonis pendebant. Ardearum pennas in pretio hodie etiam habere Perſarum & Turcorum Reges, conſtat. Ceterum de coronis pluribus & eleganter egerunt, Carolus Paſchalius in libro quem ſæpe deſiderant docti, de coronis, Proſper Stellartius de coronis & tonſuris paganorum Judæorum & Chriſtianorum, Hieronymus Balbus de coronatione, & Maderus de coronis nuptiarum. Veterum Regum Sinenſium mitram, Kircherus in Sina illuſtrata p. m. 112. exponit, Cam Hii capitis decus le Comte S. J. in Sina hodierna nitidiſſime depingit. Facie averſa Imperatorem ſub (ſeptem) navigiis recubantem conſpicimus, inter hæc autem

tem caput effert figura muliebris, Fortunæ procul dubio, cujus tempora ab utroque latere cingit vox AUGUSTI, sub ipso vero Nerone S. POR. OST. C. legitur.

Navis signum in numis perfrequens est. Habent Jani, habent Augusti, habent Neronis, habent Trajani &c. numi. Navium usum antiquissimum esse, vel ex profundis terræ cavernis & metalli fodinis protractæ cum ossibus humanis navium reliquiæ testantur. A piscibus, qui cauda reguntur, & levi ejus in utrumque momento velocitatem suam flectunt, artem hanc derivatam esse, non obscure statuit Seneca Ep. 90. Navigiis, inquit, amnes, mariaque transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, & additis a tergo gubernaculis, quæ huc atque illuc cursum navigii torquent. Aves imitari nautas, aliis videtur. Alas navium, linum illud volatile, ad alas avium referunt, & certum est, horum beneficio in otio sedentes conficere id, quod a celerrimis avibus impleri non possit. Veteres Sidonios, Tyrios & Pœnos magnetis usus non ignaros fuisse, Lemnius, l. 3. de ocult. nat. mirac. c. 4. statuit. Fidem ego potius habeo Kirchero l. 3. de magnete p. m. 18. seqq. & Bocharto in Geograph. S. part. 2. l. 2. f. m. 716. Aciculam, s. indicem istum marinum circa A. C. 1303. reperisse Flavium

dam Melfenfem (Amalfitanum vocant alii) cum Hottingero fec. 14. hift. S. fect. 1 p. m. 715. ftatuunt alii. Ut apud reliquas gentes ars hæc primitus rudis fuit, fed poftea in luxum, ut reliquæ, crevit; fic Romani demum in primo bello Punico ad claffem fabricandam animum appulerunt, & primus ex conflictu navali victor in urbem rediit Duilius. Liv. l. 17. Flor l. 2. c. 2. Reliqua ad veterum naves fpectantia ex Lazari Baifii libro peculiari de re navali, & Schefferi libris de militia navali, peti poffunt.

PORTUS OSTIENSIS infra legitur. Oftiam portum in ipfo maris fluminisque confinio inftruxit Ancus Marcius Flor. l. c. 4. Variis poft ornarunt ædificiis, tabernis mercium, armamentariis & catena ferrea præcluferunt, quod Trajani docet numus. In hoc meo alterum latus fex tela cufpidata, alterum vero catena, uti videtur, cingit.

§. 29.

N. II. NERO CLAUD. CÆS. AUG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

A. f. Roma infidet fpoliis, cum epigraphe, ROMA. Pervetufto apud Romanos more exuviæ & fpolia hofti demebantur & affigebantur. Cum enim Cæninenfes primi ex Latinis in agrum Romanorum impetum facerent, adverfus hoc proceffit Romu-

mulus cum exercitu, & levi certamine docuit, vanam esse sine viribus iram Liv. l. 1. & Messala, ipsorumque Cæninensium Regi Acroni obtruncato detraxit spolia opima (Rex de Rege spolia opima manibus suis reportavit, Florus l. 1. c. 1.) eaque in Capitolio ad quercum pastoribus sacram deposuit, ipsum vero templum Jovi consecravit. Ad hujus exemplum non solum Romani, verum etiam exteræ gentes, (ni Romulus ipse hoc ad exterarum gentium exemplum fecit) exuvias, vexilla, gladios, labara Diis sacra esse voluerunt, quid? quod ipsi Christiani in basilicis suis ea, quibus hostem privaverant, affigebant & Christo aut Divis consecrabant. Ut vero templa malis non debent esse asyla Exod. 21. 14. 1. Reg. 2. 31. pœnas enim ob delicta solvi, vel ipsa naturalis suadet ratio l. si reo 70. §. f. ff. sic sua arma Christianorum & fidelium cruore adhuc madentia trophæi instar de templorum fulcris suspendere, pene impium est. Insidet Roma spoliis; Symbolum in numis frequentissimum, quo victricia sua arma posteritati exhibituri erant magnæ isti orbis partis domitores Romani, quod ipsum confirmat victoriola, quam in manu tenet. Galeata est & quoad maximam corporis partem nuda, quasi prælium accensura aut ex illo redux victrix. Eminentioris speciei,

amplioris formæ & altioris ſtaturæ eſt, quam juſta hominis eſſe ſolet. Ita nempe plerumque veteres ſolebant poſteritatem fallere, quod non raro imitantur noſtri pictores. Alexandrum novimus cubilia amplioris formæ quam pro corporis habitu, ut ſpeciem omnium augeret, circa Gangem reliquiſſe Curt. l. 9. c. 3. Formam vero in principibus maximi feciſſe omnes fere gentes, ex Plutarchi περι των παιδων αγωγης libello etiam pueris notum eſt. Philoſophus non veretur pronunciare, ſi reperirentur quidam ea corporis pulchritudine quam in Deorum ſtatuis priſci repræſentarent, non dubitarent, quin eos omnibus aliis imperare oporteret. Euripides bonam faciem apud Stobæum τυραννιδος ειδος αξιον vocat. Plautus in milite inſigne daturus encomium, virum vocat fortem & forma regia. Apud veteres Ebræos in pretio fuiſſe formam, & Moſes, & Saul, & David & Salomo, teſtantur. Et apes inſigniorem ſibi præficiunt ducem. Inter ipſos Romanos Imperatores Principes fuiſſe proceræ & ingentis ſtaturæ, docet ſarcophagus Lotharii II. qui cum ante annos aliquot aperiretur, os femoris miræ magnitudinis, duos pedes puta & quatuor digitos longum reperiebatur, quod ſi ad reliquas corporis partes referretur, virum faceret altiſſimæ ſtatu-


tu-

turæ. Sed de his pluribus ſupra dictum fuit.

Tegit υπογαςριον Roma. Verecundam enim eſſe oportebat illam ne ſcilicet turpiter daret Romam Imperatorum turpiſſimus, qui nec Meſſalinæ portentoſæ libidini cedere, neque poſt Cyrenen δωδεκαμηχανον nomine illuſtrem, poni voluit Elephantidos libellorum ſtudioſus. Sed mittamus hac vice Monſtrum hoc & Romam, mox ipſum decimum ſeptimum A.C.N. D.S.L. ſeculum finituri.

)o(

DISSERTATIO VIII.
DUOS NERONES



EXHIBENS

QUA ET

MUSARUM PATRONOS

UT

Tres supremæ classis Gymnasii nostri
juvenes probos & doctos
III. Non. Septemb. ex cathedra memoriter
dicturos benevole audire vellent

Observanter & officiose
rogabat Autor

ANNO M. DCC.

§. 30.

§ 30.

Ær. IMP. NERO CÆSAR. AUG. P. M. TR. P. P. P. A. f. Figura gradiens, passis alis, sinistram sub veste velans, dextra clypeum, in quo, S. P. Q. R. tenens. S. C. Unus e victoriatis hic est. Alas habet victoria passas. Animus victorum alta spirabat, & ut plurimum cum Phaetonte ibi, ubi orbis limites, versabatur, famam aucupabatur, & gloriam, quam citis curribus passim portari volebat, insectabatur. Hinc ut Famam ipsam, sic Victoriam fingebant & pingebant alatam. Ala ubique fere celeritatis symbolum est. Psalm. 55, 7, 9. &c. Alas habebant quatuor ista animalia, quæ Ezechiel videbat, quod significabat, Christum & Evangelium aliquando celerrimo cursu ad quatuor mundi plagas deferri debere; seu per quatuor Evangelistas, h. l. præfiguratos, ut sentit Hunnius in Matth. & Flacius cum Hieronymo, Gregorio & Augustino putat; seu per universam discipulorum & Apostolorum manum, quod mallem. Dignitates autem quatuor significare patriarchales hæc quatuor animalia, mihi haud fit verisimile. Vitulos, Aaronis & Jerobeami, fuisse alatos, & ad similitudinem Cheruborum Mosaicorum conflatos, docet, quo a lapsu horrendo & crimine purgaret Aaronem, Franc. Moncæ-

jus in Vitulo aureo ſeu Aarone purgato, nec poſſum ſatis mirari, Aaronem hunc, ante omnes, in Indicibus librorum prohibitorum de annis 1609. & 1667, conſpici libros prohibitos. Alatam eſſe animam, & decidentibus alis e lacteo circulo præcipipitem in corpus dilabi, ſuccreſcentibus vero denuo alis, ad ſuperos meare Zoroaſtris, & Platonis quondam dictum fuit. Cæl. Rhodig. paſſim. Pier. Hieroglyph. l. 21. c. 12. & 19. p. m. 256. ſeq. Macrob. in ſomn. Scip. l. 1. cap. 12. p. m. 60. Victoria hæc noſtra ſimillima eſt Angelis, ut quidem a noſtris pinguntur pictoribus. Angelorum facies plerique hactenus ſpurias, pauci veras delinearunt. Equidem ſpiritum nec pingi, nec concipi mente poſſe, conſtat. Poſſet tamen ut ſe conſpiciendum dedit. At quando quæſo Angeli paſſis alis euntes, ut vulgo finguntur, apparuerunt? Imagines ipſæ ſunt victoriarum, quas imperiti antiquarum rerum pro Angelorum habuerunt figuris Nec hic ſolum miſeri falſi ſunt, ſed paſſim alibi quoque quando vel Deaſtrorum faciem ipſi Deo aut Chriſto dederunt, aut veterum ritus ad ſuos mores applicarunt. Equidem prima ſecula formam humani vultus non admittebant, ſed aliis delectabantur figuris. Nullum tamen unquam ſymbolum erat ſine cruce. Latini mi-

minio linebant, cacumen corona cingebant cum purpureis lemniſcis & adjuncta palma. Impio demum damnato Arrio Trinitatis myſterium adjiciebatur. Patrem notabant verba: Hic eſt Filius meus dilectus; Filium agnus (A. C. DCLXXX. demum in ſynodo Conſtant. VI. canon. 22. decretum fuit, ut loco figuræ agni, Chriſtus pingeretur in cruce.) Spiritum S. columba exprimebat. Conf. Ioſeph. Scalig. in Expoſit. Numi Imp. Conſtantini p. 2. Caſtalius de rit. vet. & profan. paſſim.

Clypeum gerit Victoria noſtra, cui inſcriptum, S. P. Q. R. Antiquiſſimo more, & literæ & figuræ, datæ ſunt clypeis. Lacedæmonii εις παρασημον Λ geſtabant in ſcutis ſuis, quo ipſo ſe ipſis notabant. Non aliter, ac hodie Principes noſtri Ducum ſuorum & militum armis aut pectori primam literam nominis ſui dare ſolent. v. gr. C, W, &c. Sic Meſſenii litera M ſe notos faciebant aliis. Commode hoc fieri potuit antiquitus, præcipue, quando antiquiſſimas gentes ex pellibus ſua feciſſe ſcuta, conſtat. Imitati ſunt idem ex ære deinde fingentes ſuos clypeos, æternitati ita ſcripturi. Hoc loco S. P. Q. R. qua aſſentati uncula tyrannus P. R gratiam aucupaturus erat.

II. IMP. NERO CÆSAR AUG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. P. P. A. f. Templum

plum Jani quadratum PACE P.R. TERRA MARIQ_PARTA JANUM CLUSIT. S. C. Romulus & Sabinus, facta pace in foro boario condiderunt hoc. Numa vero consecravit bello, ut pacis tempore clausum esset. Rationem prolixe refert Macrobius Saturnal l. 1. 9. s. f p. m. 213. qui & pag 211. putat, Janum in Italia primum Diis templa fecisse. Augustus ter clausit. Concinnus noster heluo, & sonorus Musicus Janum geminum clausit nullo tam, quam residuo bello. Sueton. §. 14. Neron. De hoc & reliquorum Deastrorum L. templis vid. Maxim. Tyrium differt 38. Dionys. Halicarnass. l. 2. hist. §. 40. p. m. 99. Diodor. Sicul. c. 49. p. m. 128 Auban. de legg. & ritt. gent. cap. 2. de Asia. p. 74. Sumtus in templa, præcipue in Italia, factos, leges apud Ovid. l. 1. fast. n. 75, 200, 220. &c. Inter Christianos duobus prioribus seculis templa non erant. Ex praxi Christi & Apostolorum conventus habebant domesticos, ut docet nos Ignatius, in epistola ad Magnes. Et ubique in urbe uno loco, & clam, congregationes instituebant suas. Παντες, inquit Vir & Pater Apostolicus, επι το αυτȣ εν τῃ προσευχῃ αμα συνεχεσθε. Quoties affligerent eos tyranni, in speluncis, & cryptis, ad beatorum martyrum corpora conveniebant. Evaristum quidem Anno CX.

CX, in Urbe in certas parochias distribuisse Ecclesiam, titulos Presbyteris concessisse, ut unusquisque suæ parœciæ terminis ceterisque limitibus distingueretur, ex Alphonso Diacono & aliis tradunt quidam, at pro templo cœmeterium potius, pro Basilica, domus quædam humilis & privata erat, in qua conveniebant, & hymnum quendam antelucanum canebant. Sub Gallieno demum ad basilicam quidam animum adjiciebant, verum pii hi conatus mox interrumpebantur, jubente enim Diocletiano provinciarum Rectores Oratoria, βασιλικας, κυριακας & domos Dominicas nuper extructa, dejiciebant & solo æquabant. Antea propter vilitatem Fabricæ non raro appellabantur. Ad orientem post ædificabant, de quo Vitruvius de Architectura l. 4. c. 5 Barth. Adversar. l. 4. c. 16. p. 46. eo se oraturi convertentes, unde credebant Christum ad judicium rediturum, defunctosque suos ita condentes, ut aliquando resurgentes Christum haberent obvium. De his plura, & elegantissima subministrabunt Ludolphus in comment. histor. Æthiop. l. 3. n. 48. p. m. 366. & quem nuper lacrymarunt, docti, Ciampinus, in veteribus suis monumentis, in quibus præcipue musiva opera, sacrarum & profanarum ædium structura, ac nonnulli

an-

antiqui ritus illuſtrantur, Romæ 1690. Aſyla eſſe poſſe & debere, conſtituit P. M. in C. diffinivit cum ſeq. 17. q 4. c. raptorib. 36. q. 1. At ſcelelatis templa etiam ipſe Imperator claudit Nov. 17. c. 5. in pr. exemplo Salomonis 1. Reg. 2, 31. Exod. 21, 14. 2. Reg. 11. 15. Numerorum vero verſ. 95, c. 35. & Deut. 41, c. 4. & Joſ. 21, 31. ad Judæos ſpectant. De templis cathedralibus vid. Meibom. de origine & offic. Cancellar. Academ. p. m. 560. ſeqq. Ægyptiorum antiquiſſima manibus artificum elaborato marmore ſurgentia, auro ſplendida, picturis mollioribus egregie perornata, ſumma colorum varietate diſtincta, & omni cultu nitida, celebrat Cæl. Rhodigin. lect. antiqq. l. 16. c. 5. p. m. 390. ſeqq. Deum vero, ſi requiſiviſſes, aliter non reverſus fuiſſes, quam Parmeniſcus ille Metapontinus, de quo Athenæus. l. 4. dipn. c. 11. refert, quod, poſtquam in ſpecu Trophonii omnem ridendi facultatem amiſerat, ab Apolline auxilium petens, hoc retulit reſponſum: *Riſum ei à matre redditum iri, quam veneraretur.* Hac reverenter habita, nihilominus ad riſum ineptus, forte in Delum venit, ubi, cum curioſe perſcrutaretur fani ſubſellia, tandem ad ſimulacrum ipſum venit, quod, ubi turpe, ligneum, poroſum, ſqualidum & ridiculum vidit, præter opinionem in

gran-

grandem risum solutus est. Tantum nunc de Neronibus. Pietatem & religionem inquinquennio suo, seu primis quinque imperii sui annis, egregie simulabat Nero. Pietatem & religionem non minus quidam nunc simulant Pietastri, passim per Germaniam sparsi. Haud procul a nobis viri tam, quam fœminæ non solum ex plebe, verum etiam nobiles, quid? quod, illustres, in lucis & speluncis nuper convenerunt, nova sua sacra celebraturi. Sic & novus quidam prophetaster in urbe, quæ me septem aluit annos, novos eosque haud exiguos excitavit motus. Clam alii scelus fovent, & alta dissimulatione consilium premunt, ut incautos opprimant, cum viribus adhuc deficiant, nec habeant qui succenturiati præsto sint, in tempus aliud consilia sua dilaturi. Incidisse me nuper in talem, memini. Totus ossa atque pellis erat, viribus in primo ætatis vere ita deficiens, ut jam vulturem expectaret, crusculum formicæ erat, rugosam gerebat frontem, fictus vultus, ficta erat pietas, habitus simplex nec satis mundus, prisca & antiqua appetebat, tremulis ciliis absque ullo labiorum motu orare, seu potius suspirare sæpe solebat, vox submissa, morum vero senium triste & aspectu grave erat, faciem induerat ad beatos manes ituri, parum aut nihil, nisi interro-

ga-

gatus loquebatur. Ut Chiliaſmum nunc mittam, &, ante ultimum ad judicium, adventum Chriſti viſibilem, novas, easque varias proponunt quæſtiones v. gr. *An ex Cabala aliquid probare poſſit Theologus*; Annon rite dicere poſſis: *Renatus plus eſt quam homo, imo Angelus eſt.* Annon bene ſtatuas, ſi dicas: *Sapientia vera, nec ex Scriptura lectione aſſidua, nec in Academiis, nec a Doctoribus acquiritur, ſed ſuperne dilabitur.* Et: *Annon tantum iſti, qui ſub nova hujus pietatis ſigno militant, pro regenitis, converſis & illuminatis haberi poſſint.* Annon ita loqui liceat: *Ego ſum Chriſtus, Hic eſt Chriſtus &c.* Sunt mihi nonnullorum talium novorum Sanctorum epiſtolæ, ex quibus hæc excerpſi, nec poſſum, quin unam apponam, eſtque:

Lieber Bruder in unſerm erſt-ein und neugebornen Brüderlein JEſu Chriſto der uns allezeit Sieg giebet.

JCh komme heute von Quedlenburg und Halberſtadt zu Hauſe / nach dem ich faſt die gantze Nacht gereiſet. O daß wir uns doch einmahl auff die Halbſcheid des Weges ſprechen konten. Man ſpreche ja ein / wann man nach Zelle reiſet / oder ſchreibe uns doch den Terminum von welchem Herr P. L. lange geſaget / denn dieſen habe ich in Halberſtadt angetroffen / damit wir alsden nach Zelle komen

kön-

können. Ach wie haben wir uns doch vorgestern in Quedlenburg / und gestern in Halberstadt / in dem Wir das Werck des Herren in der Krafft allda gesehen / gefreuet. Zwo Mägde / die eine dienet bey Herr Spr. sind offters ausser sich selbst gewesen in meiner Gegenwart / wenn von unserm H. Bräutigam ist gesprochen worden / oder auch das herrliche Lied gesungen: **Mein JEsus der du mich zum Lustspiel ewiglich** 2c. Sonderlich wann man an die Worte kommen: **Nunmehr verzieh ich nicht / sey kräfftig aufgericht** (Autor hymni Pædagogus N. N. est:) Zu Quedlenburg waren bey die 20. Personen einmüthig bey einander / zu Halberstadt bey die 24. die alle Gott preiseten / zu Erfurth / wie N. N. schreibet / ist auch eine solche Magd. Ach der Herr giesse doch ferner seinen Geist also aus über Knechte und Mägde. Bruder / wie wollen und werden wir uns nun freuen / wann es heissen wird / sie ist gefallen / Wir senden unsere Judicia nun bald bald / weil ich / oder der Herr in mir fleißig arbeitet / denn des H. Pauli Spruch: Ich aber lebe / nicht ich 2c. lieget mir immer im Hertzen. Einliegendes habe an die Frl. auserwehlte Rosamunda geschrieben / weil ich mich länger nicht enthalten können / nach dem ich ihren süssen Brieff an den Herrn Spr. in Quedlenburg geschrieben / gelesen. Ach der Herr schütze uns und stürtze Babel. Ja / ja Halleluja.

ja. Ich bin liebster Bruder sein getreuer Vorbitter und Mitkämpffer in dem Siegesfürsten
N. N.

P. S.

Einen Gruß an die wertheste Johannam und die außerwehlte Frl.

Al. P. S.

GOtt hat ein grosses an uns gethan in 1691. Jahr / was wird er nicht thun im 92. Fürwar Babel / Babel wackelt schon. Lieber Herr fröhne sie meine Lieben / Herr auch im folgenden Jahr / Amen.

Me, quod eo tempore de Pietistis egerim, hocque argumentum meis elaborandum dederim oratoribus, periculum impulit, in quod unus ex meis discipulis ad Academiam iturus, in via incidit, dum nempe, ut ipse ad me scribebat, parum abfuit, quin ab hujus sectæ Antesignano D. P. in brevia & syrtes, non sine animæ periculo, abstraheretur. Quare, ut reliqui sibi eo melius prospiciant, cautiusque mercari discant, præcipue, si studiorum gratia peregrina adeunt loca, prodiit juvenis nuper laudatus, genuinæ pietatis & solidioris literaturæ studiosus,

Jo-

Johann. Hermann. Tiemann,
Allingdorff. Mindensis.
Qui carmine Germanico veram & genuinan pietatem nitide delineavit. Posthunc

Wilhelmus Speirmann, *Menger. VValdeccus.*
quem & nuper non sine laude in cathedra vidimus, stylo ex Latio petito Pietastrorum faciem, mores & errores exposuit. Tandem

Friderich Wilhelm von der Marck/
Auric.
Juvenis, quem pietas & diligentia commendabant, non esse sperandam quintam quandam Monarchiam, docebat.

)o(

DISSERTATIO IX.

DUOS NERONES, DUOS GALBAS
&
UNUM OTHONEM
EXHIBENS
QVA ET
MUSARUM PATRONOS
UT
Tres supremæ Gymnasii nostri classis juvenes, Nobilissimum & Politissimos
V. Idd. Mart. ex cathedra memoriter dicturos
Benevole audire vellent
Observanter & Officiose
Rogabat
ANNO M. DCCI.

§. 31.

Mihi denuo de Numis scribenti, facile novorum sanctorum quidam objicere posset, Rectoris, præcipue Nobilissimæ & adultæ juventutis, cui præest, curas, circa æternam hujus salutem, aut etiam pietatem,

tem, ante omnia versari debere; orcum habere Neronem, Galbam Othonemque Novi enim novæ hujus pietatis antesignanos, humanitatis osores, præter sanctum ac divinum, si Diis placet, nil spirare, vocibus pariter, quibus Deorum cultum aut numen veteres exponere solebant, ad Tartarum missis; antiquam sapientiam exterminantes, novam, barbariem puta, in orbem introducturi. Novi Solipsi hi, sapientiæ suæ micam, si habent, eruditissimorum penui copiosæ, longe præferunt. Sensuum doctorum expertes licet, inscitiæ & ignorantiæ nube involuti, vertice suo tamen sublimi feriunt sydera Pietatis specie nobilissimos & indefessos prosternunt animos, nec tantum Platonem, Ciceronem & Senecam studiosis e manibus excutiunt verum etiam & in ipsum Justinianum. Sanctasque LL. (o pestes! suam stringere securim, non verentur. O insaniam, o pietatem ridiculam e mundo sapientiam & leges tollentem Nec in Paulo Deus odit artes. Ipsi enim scribenti pariter suggessit Epimendis Κρητες αι ψευςαι κακα θηρια Tit 1. 12, ac reliqua, quæ nobis reliquit Apostolus sacrarum literarum monumenta. Eant igitur, & faciant imposterum intelligendo, ut nihil intelligant. Quod omnes contra, qui post pietatem solida amant studia, sint in

ære III Virorum monetalium probavi Diss. III. §. xvi. Addo; Delectare non minus quam prodesse, videre, hieroglyphica Ægyptiorum, aut etiam Sinensium & Japanensium, ingeniosissimis denariorum præcipue signis, multis modis esse superata. Fontes numos merito vocat Bosius ad Reinesium Ep xi. p. m. 49, unde petere debeant antiquitatis studiosi notitiam, nec rivulis, h. e. libris, sint contenti. Ego, quos in hoc argumento habeam consentientes, nominat Clarissimus Olearius, Pastor & Bibliothecarius Arnstadiensis, in Curiosa sua, quam hoc anno edidit, numorum Notitia §. ii. p. 35. Virum hunc, ut nunquam vidi, præmultis tamen aliis ob favorem, quo me complectitur, amo & colo. Floreat porro nobilis, & ab universo orbe literario hactenus celebrata olea, & multos tales inposterum proferat ramos, ex quibus dulcissimos capere posteritas possit fructus.

Ευσεβεων παιδεσσι τα λωια, δυσσεβεων δ' ου.

§. 32.

N. I. NERO CLAUD. CÆSAR. AUG. GER. P. M. TR P. IMP. P. P. Quæcunque de Pontifice Max. veterum Romanorum, in numis scripto, dici possunt, exposuerunt passim Bosius & Reinesius in epistolis per celeberrimum Schmidium nuper

per

per editis. Conf. indicem in vocibus, Imperatores Christiani, Constantinus M. Bosius &c. Adde Epp. 28, 31. &c.

A. f. Mulier sedet & dextra caput ab occipitio sustentat, sinistra hastam f. radium tenet, anteque se focum ardentem cum face positum habet, SECURITAS AUGUSTI. S. C. Nitida hic sunt omnia; numus ipse ex ære aurichalci naturam imitante, factus est. Securitatem non una veteres fingebant imagine; per lauri scl. surculum in ore columbæ, mallem per oleæ ramum, columba enim Syris divinæ pacis & securitatis præco credebatur, Danæus Antiq. primæ æt. mund. p. 436; Per platani folium in ciconiæ nido, per gallinam, ad cujus alam ramusculus rutæ applicitus eminebat, utpote cum nec a vulpibus, nec a bufonibus &c. tangatur ruta munitus; Per vespertilionem inverso capite, quod talis pro insigni amuleto habeatur. At quæso cur non per noctuam, quam Ægyptii pro supremi Numinis nuncio habebant, qui ab eo ad mortales, (verba sunt Kircheri in Obelisc. Ægypt. p. m. 77.) veluti quosdam, dirorum eventum annunciator destinabatur, dirum mortalibus omen; quas

Nocturnas crucibus volucres suspendit & alis
Culminibus vetuit feralia crimina flere
Chiron.

Securos scil. redditurus Centaurus hic, suffixit cruci noctuas, ut in ipsas reciderent, quæ portenderent mala. Apulejus in asino aureo l. 3. p. m. 117. *Istas nocturnas aves foribus videmus affigi, ut quod infaustis volatibus familiæ minantur exitium, suis luant cruciatibus.* Laudem avis hujus erudite evolvit fictus Curtius Jael. Persas tradere arborem, qua consedit bubo, arefieri, refert Olear. Schich Saadi l. 1. c. 29. p. m. 56, quod vero negat Jonstonius in hist. animal. de avibus c. 5. Cum Persis facit Ælianus. Aliud Securitatis symbolum erat Cœcus, quod talis impendentia & circumstantia mala non sit inspecturus. Alias etiam notabant per echinum, tutissimum nautarum & tempestatis futuræ vatem & interpretem; per filicem, fugat enim odor hujus serpentes, scorpios &c. unde & veteres coloni grabatos suos foliis hujus farciebant; per clavem, quam si quis tenet, securus est, ne alius clam in conclave se ingerat; Et tandem per Deam, seu mulierem stantem, dextra ramum (palmam) sinistra columellæ innitentem, caputque subfulcientem. In hoc Neronis & M. Aur. Antonii numo Securitas sedet stolata, innixo dextra capite. Pierius lib. 43. c. 6 p. m. 544. exhibet stantem, sedentis vero sub finem paragraphi meminit, nec male sibi in memoriam reducit dictum

ctum illud: In utramque aurem quiescere, s. in utramvis aurem dormire Ter. Heaut. Act. 2. sc. 3. Stolata est nostra Securitas. Honestarum matronarum, Dearum vestitum imitantium, vestis stola erat, meretricibus propterea interdicta legibus, prout hæc prolixe & erudite evolvit Barnab. Brissonius select. ex jur. civil. Antiquit. l. 1. c. 4. p. m. 21. seqq. Nec immerito nunc nonostræ matronæ & virgines, rejectis tunicis istis suras vix tegentibus, tales sibi nunc eligunt stolas, Dearum h. e. nobilissimarum & castissimarum matronarum morem antiquum imitaturæ.

Focum cerminus ardentem in numo, & facem. Significaturus scl. Nero noster erat, securum jam populum, & a bello liberum, majorem curam Deorum & Religionis esse adhibiturum, ne, puta, impietatis manifesto accusaretur, adeoque compagem tyrannidis suæ, ipse dissolveret. Nec procul ab eo ipso abit Aristoteles lib. 5. Polit. 2. præcipiens Tyrannum simulare debere pietatem, ut bonam de eo spem concipiant subditi, fore nempe tunc, ut nihil designet injuste, qui Deos colat & revereatur; fatuum esse eum, qui concedat ut transluceant parricidia ejus, cædes, rapinæ &c. Ut dixi, suam gentem redditurus securam, hunc numum cudi jussit, Nero. Interim tamen

tanta hæc ejus ſecuritas eſſe non poterat, quin Galli eum cantando excitarent, Gallos puto invaſionibus ſuis Suet. c. 45. Ner. Focum ſeu aram ardentem cum face obliqua, quod attinet, ſecuritatis ſymbolum etiam aram eſſe, norunt iſti, qui nondum ultra antiquariorum vulgus ſapiunt. Templa eſſe aſyla, ſeu ſecuritatis ſymbola tradidi pluribus §. 31. Altaria ſecuritatem præſtitiſſe, docent 1. Reg. 2, 31. & 2. Reg. 11. 15. & Exod. 21, 14. Cornel. in Pauſan. c. 4. Licet lædentem aut graviter & ſtrenue peccantem ne in ipſum altare tueri potuerit, læſo interim auxilio præſtito Nov. 17. c. 5. in p. 2. Militibus in caſtris ſigna pro aſylo erant. Laz. l. 7, c. 1. p. m. 664. Conf Petri Sarpi liber ſingularis de jure aſylorum, Conrad. Rittershuſius de jure Aſylorum Joh. Nicol. Myler ab Ehresbach de Principibus & Statibus Imperii Rom Germ part. 2. c. 51. p. m. 430 &c. Ceterum foci Laribus dicati erant & Penatibus, in quibus colebantur, & plerumque habebant in cubiculis ſuis, Suet. in Domit. *Puer, qui cura Larium cubiculi ex conſuetudine aſſiſtens adfuit.* Nec ignoramus illud Comici: *Hæc imponantur in foco noſtro Lari.* Sæpe in parte atrii, aut compluvio conſpiciebantur, Vitruv. l. 6. c. 4. Sedet Securitas noſtra.

Quiſquis es, hoc poteris metum conſidere ſaxo.

ſe-

securus Mercurium affabatur Argus. Et securitatis & pudoris symbolum est sedere. Verecundius longe erat mulieribus inter prandendum aut cœnandum sedere, quam discumbere. Accubitus enim in mulieribus non sine ratione visus fuit turpis. Nec sine impudicitia notatur Cytheris in Eutrapoli convivio Ep.26, l. 9. ad F. Nec ad hoc accessisset Cicero, si illam affore, suspicatus esset. Et ipsi Verti Tullius objicit, quod præter ipsum & filium prætextatum accumbat nemo apud ipsum. Nec secus de Catalinæ sociis, de quibus ait, quod accubantes in conviviis complexi sint mulieres impudicas vino languidi, cibis conferti. Pudicitiæ notam esse sedere in numis, verbo notavit in hoc ipso numo laudatissimus Schmidius in Schediasmate de numis cathedraticis, qui & pagina præcedenti 2 sessionem & majestatis signum esse, probe observat. Videbatur hæc mea Securitas Amico (qui vero fallebatur) caput scalpere digito, quod mollem apud Juvenalem notat virum, & hoc modo a Clodio Pompejum notari, novimus ex Plutarcho, in vita Pompeji. Ammianum etiam Marcellinum l. 17. hist. tradere, Pompeji obtrectatores in eo hoc ludibriosum & irritum observasse, quod genuino quodam more, caput digito scalperet, refert Angel. Polit. 1. Observ. & E-

 mend.

mend. apud Gruterum in Thesauro Crit. c. 7. p. m. 17. Sed licet hæc nostra hoc non faciat nunc, Principis tamen effœminatissimi numum esse, nemo inficias it.

§ 33.

N. II. NERO CLAUD. CÆSAR, AVG. GERM. TR. P. IMP. p. p. Facies adversa duos habet equites cum epigraphe DECURSIO. S. C. Mulos & camelos exteræ gentes, in Europa vero equos olim pariter ac hodie in pretio habuerunt. Et mulierum Hippiadas, h. e. statuas equestres ex Lysia recenset Cæl. Rhodigin. Antiqq. XII. p. m. 85. quod mortalium primæ scandere equos, hæ sint ausæ. Quid autem de his Amazonibus statui possit, pluribus & erudite docet Petrus Petitus in Differt. de Amazonibus, qua, an vere extiterint ultro citroque conjecturis & argumentis disputatur, multa etiam ad eam sententiam pertinentia ex antiquis monumentis eruuntur, Paris. 1685. Neptunum equos primum domuisse artemque equitandi excogitasse, notare alii putant Hippodromium seu Neptuni Hyppi templum Thebis. Aristophanes vero cum aliis, Thessalos inter Europæos antiquissimos esse equites, statuit. Ægyptiis haud obscure hoc tribuit S. codex Gen. 47, 17. Exod. 14, 9, 23. Certe Americanis

ante

ante Hispanorum adventum de equis nil constitit. Ceterum Bucephalus Alexandri, quid equi fuerit, non satis liquet. Industriam suam in hoc argumento præ reliquis probavit Piccartus in periculis suis cap. 2. Capite bovillo & cornibus insignem fuisse, non fit verisimile, sed ut erat generosus, sic forte, quod facere solebant Thessali, capitis bubuli figura ipsi inusta fuit, quemadmodum Turci lunæ falcatæ figuram suis ut plurimum inurere solent. Equus an equa fuerit, inter alios lis est. De equa res certa esset, si marmor illud Philipporum excavatum, quod ostendere solent urbis incolæ peregrinis præsepe genuinum Equæ [ita κατ' ἐξοχὴν vocant Bucephalum,] esset. At de Bucephalo præter Piccartum plura peti possunt ex Paulini Busone curioso p. 2. & Colloqq. menst. t. 1. p. m. 703. seqq. Post Bucephalum, alius insignis apud veteres est equus, Cæsaris puto, pedibus nempe hominis, & in modum digitorum ungulis fissis, quem apud se natum, cum haruspices imperium orbis terræ significare pronunciassent Domino, magna cura aluit, nec ferentem alium, primus ascendit. Incitatum, seu Volucrem Caligulæ etiam novimus. Huic ad cœnam vocato hordeum ex auro apponebat Cæsar, fundebatque vinum ex poculis aureis; Per fortunam ac salutem

ejus

ejus non solum jurabat, teste Dione, verum etiam Collegam creaturus erat, Suet. c. 55. Joseph Antiqq. l. 19. quasi mulorum asinorumque in societate haberet eos, quibus cantherium præesse vellet, ut loquitur eruditorum decus quondam Reinesius 2. Variorum, quem, ut & Barthium, nescio cujus religionis prudentum, reum facit Arnold. in hist. Eccles. & hæret. ex Andr. Carol. Memorab. sec. 17. hom. 2. lib. 6, c. 32. p. 97. Notatu dignum est monumentum, equo raræ bonitatis positum, & in Italia in marmore non adeo nuper repertum.

DIIS BELLUARUM.

Martino nomine, patria Illyrico, Ephippifero, Clitellifero, Dorsigero ac clunigero, currendi, saltandi, ac velociter ambulandi, dextrorsum ac sinistrorsum facillime se volvendi, equarum ac asinarum admissario fortissimo, qui nunquam pedem ullibi incussit, cui, ut esset rationalis, præter verborum expressionem nihil defuit, Artemon Suasius male merens, equo optimo, bene merenti, posuit. Vixit Annis XXIX. Menses VI. Dies vero IIX.

Nec formam, nec velociatem veteres Ger-

Germanos in equis curasse, docet Tacitus de morib. Germ. In rectum, aut uno flexu dextros agebant & sic ad belli usum potius, & Romanorum more etiam ad natandi consuetudinem applicabant. Præsagia & monitus eorum etiam experiebantur, ut pluribus exponit Tacit. l. 5. c. Quid? quod ipsis equis hostibus extractis sacra faciebant, & ex stillatione eorum auguria capiebant. Annam, Angliæ Reginam, Richardi II. uxorem primam, Wenceslai R. Imp. filiam, primum mulieres Anglicas eam insidendi equi formam, quæ hodie in usu, docuisse, cum antea parum decore, perinde ac viri, divaricatis tibiis, & deductis genibus obequitarent, ex Camerario refert Arithmæus in Mausol. Angl. Regg p.m. 24. Cappadocũ equi olim inter optimos habebantur. Sybaritarum vero ad tibiarum modulamen tripudiare didicerant. Non infima portio magistratus Romæ quandam erat Tribunus Celerum (Celetum alii vocant) κέλης & κέλης Græcis est tam eques, quam equus, & κελητιᾶν tam, quam κελητίζειν idem est, quod equitare. Non hic pluribus disputabo, num Alexander Dario respondens libr. 4. c. 1. Curt. scripserit; Alexander Dario Celeti, quasi hoc ipso nomine (quod tamen in omnibus codicibus non deprehenditur;) exprobraturus Dario, quod solita-

rio

rio equo insidens, periculo se eripere voluerit; num vero ita posuerit, Rex Alexander Dario. Celes, cujus nomen sumsisti, Darius, Hystaspin puta &c. Hoc certum est, in ipso Darii Hystaspis epitaphio, quod Onesicritus apud Strabonem l. 15. Athenæus & Eustachius in Odyss. 6. memorant, lectum fuisse: *Eques & sagittarius optimus fui*; Et in sigillo sculptum habuisse equum, quod tamen Scholiastes Thucydidis interpretatur, quod per equum, hinnientem Rex factus fuerit. Ceterum contumeliis barbaros olim se invicem non raro onerasse Reges, constat; At barbari erant. Plus laudis merentur isti, qui nec in hostem congesta convitia ferre potuerunt. Graviter Ludovicus XII. Gall. R. hominem Maximilianum I. Imp. R. Consulem Augustanum appellantem excipiebat: *Tace sis*, dicebat, *asine, nec talia amplius effuti, quando hic Consul tympanum pulsat, tunc tota Gallia contremiscit.* Pariter Gustavus Adolphus Rex, pro strena carmen ipsi in Cæsarem conviciis plenum exhibentem vehementer increpabat, dicens: Ni parcerem dignitati muneris tui, extemplo plecteretis pendens, nam licet hostem habeam nunc Cæsarem, de eo tamen nemo meorum sine reverentia loquatur; Princeps enim est potentissimus, qui facile mecum redire potest in

gra-

gratiam. De Celetibus f. Celeribus, perinde enim eſt, unicum hoc addo, Fabium ob equitandi, qua gaudebat, peritiam, dictum fuiſſe Celerem qui & ipſe erat Celerum tribunus. Stapiis carent hi noſtri equites, more antiquiſſimo, ut omnes fere tam numi, quam ſtatuæ teſtantur, ſi unam excipias, cujus meminit Buchnerus in voce ſtapia. Veteris equitis Gallici cum equo deſultorio, imaginem exhibet Lazius de Celtis, l. 4. p. m. 124. qui ſtapiis non caret.

Decurſionem quod attinet, militaris alia, ludicra alia, funebris alia erat. In iſta ad metam ſeu ſcopum decurrere ſolebant uno plures ſeu cum labaris, ſeu cum haſtis aut parvis ſariſſis. Damno autem fuiſſe his iis, apud quos inſtitui ſolebant, veriſimile non eſt, & mallem ego apud Ciceronem Ep. 10. l. 11. legere, *& excurſionibus per equites, quos habet multos, vaſtet ea loca*, quam *decurſionibus, per equites quos habet multos &c.* Et tales ſolent eſſe peditum noſtrorum inter ſe concurrentium ludi. In illa etiam pedes, denſatis ſupra ſe in forma teſtudinis, ſcutis, curſum inſtituebat. In hac ad rogum defuncti currebatur, de qua prolixius Herodianus l. 4. Singula ex Gellio, Vegetio; Claudiano, Livio & Polybio pluribus exponit Lazius

Com-

Comment. l. 4. c. 7. p. m. 434, qui & de Decursione navali p. 439. evolvendus est. Sunt mihi decem variarum & præcipue barbararum gentium decursiones nitidæ, non sine jucunditate inspicientem de equitatus peregrini variis artibus & modis, instruentes; Autorem produnt antiquitatis non ignarum.

N. III. SER. GALBA IMP. CÆSAR. AUG. P. M. TR. P. P. P. De hoc Galba in peculiari oratione Buchnerus egit. M. Dan. Walther historiam Galbæ peculiari disputatione exposuit. Numum Galbæ Ægyptiacum exhibet Nic. Toinardus ad Franciscum Dronium Parisiis Anno 1689. Gibbero & informi natus hic noster patre. Sergio Galba, viro consulari, Anno Christi tertio, prid. Natalis J. C. Puerum Augustus in pretio habuit filiumque appellavit; ipsius imperio non invidebat, modo imperaret Galba in senecta. Liberalibus artibus institutus juri præcipue operam dedit, SCtis, puta & LL. Romanis. De his, ante Modium, Brissonium, Lipsium, Rutgersium, Barthium &c. in peculiari libello egit J. Pomponius Lætus, Papiniani discipulus, circa A. C. CCXXIV. ad M. Panthagatum, quem inter alios cum selectis notis edidit S. Leewius Lugduni 1672. Præmisit eidem Idem de Origine & progressu Juris civi-

civilis Romani Authores & Fragmenta veterum JCtorum cum notis Arn. Vinnii & Variorum. Adde Eberlinium de origine Juris. Autores vero Corporis Juris miris perstringit modis Gottf. Arnold. in der Kirch- und Ketzer-Historie part. 1. l. 6. c. 1. § 15. &c. p. m. 253. 256, 261. &c. Gnatho ipsi & sycophanta est Tribonianus Impii & injusti, quid? quod Athei ipsi sunt Autores Corporis juris, præ reliquis Johannem Patritium, post Tribonianum præcipuum, nominat. Ipsum Corpus juris innumeras, ait, continere sententias superstitionis plenas, impias, tyrannicas, quæ sint piis offendiculo, & Rebbpl. exitio. Ad hæc num etiam responderit Censor ejus cetera accuratissimus, Dn. Hanneckenius, N. L. Opus foret novo optimi codicis promacho, ex quo contra ea, quæ Hottinger, hist S. sec. 3. sect. 2. p. m. 116. protulit, alii defenderunt Corpus suum. Esse Amelios, qui JCtorum libros, ut justum camelorum onus false rident, & ex illis fluentem disciplinam, magistratum, jura, pœnas &c. pedibus conculcant, novimus, in universum tamen omnes per Matthiam Imp. introducendos, cum Hungaris non ejicimus, sed potius cum Galba nostro, tam LL. quam genuinos harum Doctores ueneramur, & colimus, præcipue cum &
O his

his non parum debeat Antiquitas. Conf. Programm. noſt. de JCtis & Medicis. A. f. Galba noſter Libertatis habet imaginem pileatam, dextram protendentem, ſiniſtra pilum tenentem, cum epigraphe, LIBERTAS PUBLICA. S. C. De numis pileatis ſupra citavimus Excell. Domin. Wedelii Decad. VIII. qui vero hunc noſtrum non habet. Eſt mihi Gordiani, hanc ipſam libertatis figuram exhibens. Galba dubio procul amiſſam ſub Nerone libertatem, S. P. Q. R. ſe reſtituturum eſſe hoc ſymbolo ſignificare voluit. Quid enim jucundius & militibus & civibus eſſe poterat libertate a Cicerone, Bruto &c. toties laudata? Pro hac Cato venenum bibit, Brutus arma ſumſit &c. Sed initium erat imperii Galbæ libertatem ſpondentis, ad Neronis quinquennium fictum, libertatem paulo poſt, ſi vixiſſet jugulaturi. Pileum, cetera, annulum aureum, veſtem albam, patroni nomen, vitem, explicatas manus, libertatis eſſe ſymbola, paſſim legitur, & pertinent huc quæ ſupra Differt. IV. §. 25. de pileo dicta fuerunt. Stare libertatis ſymbolum eſſe, nullibi reperio; at ſedere & præcipue ad arborem, captivitatem notare, numi indicant Marii & Veſpaſiani.

§ 34.

§. 34.

N. IV SER. SULP. GALBA. CÆS. AUG. TR. POT. A. f. Imperator adstante alio, in loco elatiori, alloquitur cohortes, cum signis, aquilis &c. Paulo inferius ALLOCUTIO. Stanneus hic est, lege Cornelia prohibitus, referente Ulpiano, l. 1. X. §. primo D. ad legem Corneliam de falsis. Nec absurdum est, interdum mercis vice fungi numos. Didicit hoc etiam ad peregrinos numos Daricos, Philippicos, tetradrachmum Atticum, siclos &c. esse referendum, & hos ceterarum rerum exemplo in emtionem deduci solitos ex Volus. Metiani libro de Asse & partibus ejus, B. Brissonius JCtus & Antiquarius ἀμώμητος, lib. 1. Antiquitatum select. p. m. 33.

ALLOCUTIO notat alloquium Cæsaris ad milites. Solenne scilicet erat Imperatoribus hortari milites suos ante prælium, ut hac ratione ad virtutem eos incitarent. Sic Darius, sic Alexander & alii suos sunt allocuti. Cæsarem novimus ad cohortandas suas cohortes decurrisse, & monuisse, ut pristinæ virtutis memoriam retinerent, ne perturbarentur animo, sed hostium impetum fortiter sustinerent, lib. 2. de Bello Gallico. Interdum cum juramento militem dux erat adstricturus, stipendia distributurus &c. ut plurimum autem ante

 præ-

prælium excitandorum animorum gratia fiebat ALLOCUTIO. Hanc militum se invicem accendentium sequebantur voces: *Ad arma, Ad arma, signa convelle signifer, sequere miles, signa fer, vasa collige, hostem feri, vir virum lege, macte virtute miles &c.* Has ultimas voces vero, *Macte virtute*, ad vulneratos præcipue pertinuisse, Livius autor est, qui l. 2. decad. 1. hæc habet verba: *Juberem te macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret.* & lib. 4. *Macte virtute*, inquit Dictator, *Cai Servili* liberata Rep. lib. 7. p. m. 444. Dictator ad Manlium, cum Gallo duellum susceptum, ait: *Macte virtute hac pietate in patrem patriamque T. Manli esto.* Accuratissimus vocum Macte & Mactare interpres est Josephus Scaliger, quem cum consuluisset Franciscus Verdunianus Medicus, quid notent Macte & Mactare, & qua origine sint latinis, ei respondit in hunc modum: *Mactum veteres Romani vocant auctum, quemadmodum herbam adultam Cato vocavit mactam, nempe quod aucta esset: Sic macta ara quod uberius aucta & cumulata sit; mactare bestiam pro cadere hostiam, dicebant omnis causa, quia nunquam cadebatur hostia, nisi frugibus macta esset.*

In edito loco noster stat Galba. In cæspitis culmine, in castris in hunc finem a militibus congesto, domi vero in pavimen-

mentis, (quorum luxum Casaubonus ad Suetonii Cæsarem evolvit) stabant. Et hæc veterum erat ALLOCUTIO. Hac nostra ætate Imperatores eam quoque non spernere, constat. Novimus qua gravitate & pietate nuper suos allocutus sit Carolus XII. paulo post victor fortissimus.

§. 35.

N. V. IMP. OTHO. CÆS. AUG. TRIB. POT. De Ottonibus æneis in Dissertt. suis egit Henr. Thomas Chiffletius Antwerpiæ Anno M. DC. LVI, quique omnes quotquot extant, pro suppositiitiis habet; in epistola vero ad Patinum sententiam hanc suam revocat. Johannes Baptista Capponus, Medicus & Professor Bononiensis, de Ottone æreo peculiarem edidit commentarium Bononiæ A. M. DC. LXIX. Possidere se tamen Ottonem haut supposititium, testamento sibi legatum Bosiano, credebat Sagittarius in Introd. in Hist. Eccl. p. 604. Acceperat illum dono Bosius Augusta Vindelicorum, eumque Ep. LXXXIII. ad Reinesium antiquum vocat, & omnibus aliis, etiam rarissimis ejusdem Imperatoris multis de caussis præferendum. Latuerat hic inter cimelia Fuggeriana, at prece & pretio inde protractus. Dubio procul eo nunc gaudet laudatissimus Schmidius, Prof. Helmstad. hodie, ad quem nu-

mi Sagittariani testamento redierunt. Jacob Spon in Itin. Ital. p. m. 19 refert se apud Lotierum Banqvium Bononiæ duos vidisse Ottones æreos, alibique passim se vidisse viginti alios non spernendæ antiquitatis & fidei. Plures etiam idem Sponius profert. l. c. His adde Grœningii historiam numismatum criticam parte 4. Orbis Illustris p. m. 11. Rariorem & antiquiorem meo illum esse, facile largior. Imberbis est & capite tonso, Otho. Nero alebat barbam, at hic noster ardelio, qui Neronem habebat corrivalem scelerum ejus socius, mentum radebat. Barbas suas pariter ac comam coluisse veteres, relatum legimus. Persis barba Pharaonis proverbio est, dum exornatam fuisse gemmis, & unionibus & margaritis, a Moseque bimulo vellicatam, referunt, Olear. in not. ad Schih Saadi p. 243. De Judæis Ænobarbis seu Aurobarbis, elegans vide carmen Petri Rhemensis seu de Riga dicti, apud Seldenum de Diis Syris, Syntagm. 1. c. 4. s. f. p. m. 156. adde Mœbii Moscholog. Disput. 1. C 34. Apud Græcos, paulo ante Imperii eorum interitum, pro homicidio supplicium non raro sumebatur in barba, Camerar. Horr. subcis. part. 2. 40, qui & lectu jucundissimam Balduini a Burgo recenset fallaciam. An ante Julium II. Papæ aluerint bar-

barbam Vid. Ciampinus apud Tenzelium in colloqq. menſtrr. ad A. C. 1695. p. 85. Carolum M. modicam aluiſſe barbam, & ſigilla ejus modicam exhibentia genuina eſſe maxime diſputat Joh. Michael Heineccius in Syntagmate hiſtorico de veteribus Germanorum aliarumque nationum ſigillis, eorumque uſu & præſtantia, præcipue, ſi hanc inſcriptionem referunt: XPE PROTEGE KAROLUM IMPERATOREM, quam vero in ſcribendi formulam Francos a Bizantinorum moribus mutuatos fuiſſe perhibet. Tres, quos ego poſſideo, ſi ſunt genuini Karoli, res in aprico eſt. Geminum de Barba Prognoſticon Hiſtorico-Politico-Juridicum nobis conceſſit nuper J. F. W. Pagenſtecherus A. A. F. De auro & gemmis diſtincta Pharaonis barba, jucunda refert Olearius in Güluſtan Schich-Saadi p. m. 314. His addatur Antonii Hotomanni πωγωνια S. Dialogus de Barba, & infra Differt. XVIII. nec non Zeillerus, Cent. 1. Ep. 16. p. m. 83. &c. Barbas ſtramineas in Saxonia & Thuringia puſiones ſuos vocant obſtetrices cum illis luſitantes non ſine blaſphemia. Chriſtum enim in cruce pendentem deaurata veteres ſiſtebant barba, quam petulantium procacitas ſtramineam vocabat. De barba Cæſaris ſeu Caroli M. prolixe Tenzelius in Colloqq.

 men-

menstruis tom. 2. & 3. Duo mihi ejus sunt numi in quibus non adeo prolixam Cæsar habet barbam. Apud Francos barbam tangere, venerationis, aut etiam juramenti solemnis vicem habebat. Alaricus Rex Gothorum cum Clodovæo rege Francorum pacem initurus, barbam tangebat Clodovæi, & sic perpetuam uterque se servaturum pacem, spondebat. Aimon. l. 1. de gest. Franc. cap. 20. Fidem suam daturus Joab Amasæ, idem faciebat 2. Samuel c. 20. Per barbam Muhamedis jurare Turcos, constat inter omnes. Si Alexandro habitum fuit luxuriæ, quod barbam raserit, vah, quid accideret nobis nunc fere per universam Europam imberbibus! Pro pretiosissimo pignore barbam creditoribus suis oppignorasse, ex Jacob. a Vitriaco Hist. producit Caspar. Barth. lib. 51. advers. cap. 7. Moscorum Autocratorem Petrum Alexiowiz A. M. DCIC. paulo ante iter suum Allovìense suis imposuisse, ut singuli barbam suam redimerent tribus Copeccis, h. e. capite. retulerunt nobis annotatt. curiosi. 31. maj. dicti anni. Fœminam barbitio ob septam eminus salutandam esse, cum dirum sit præsagium, refert Cælius Rodigin, II. Antiquitt. l. 14. c. 21. tom. 2. p. m. 502. De barba pluribus vide Galæum in peculiari libello. De barbæ cultura veterum Germanos

norum evolve Hachenberg de Germ. med. Differt. II. §. 7. 8. p. m. 388. De persecutione barbarum &c. peculiaris extat tractatus apud Scherzerum de peccato in Spiritum S. cap. 5. §. 34. Pro sacerdotum barbis ad Cardinalem Hippolithum Medicem, belle scripsit Pierius.

Tonso noster Otto conspicitur capite, coronas vocares. Non de veterum nunc agam tonsura, de qua præ reliquis videndus est Rango in tractatu de capillamentis passim. Intonsos integros CCCC. & plures A. U. C. annos fuisse Romanos Plinius lib. 7. c. 59. Circa A. C. M. C. caput radere cœpisse Batavos, aliunde constat. Circa A. vero M. CCCC. LX. demum in Germaniam venisse tonsores, multi putant. In Hispania tonsores, ni longo verborum syrmate invitaveris non venire, tradit Ludvvig in der Erleuterung in Pufendorf. p. m. 423, qui idem p. 832. addit, quod Cromvvelus ultimis annis sibi ipsi barbam totonderit.

A F. Imperator togatus, dextram militi armato super ara porrigit adstantibus aliis cum signis egionum. Signum dextra est benevolentiæ, fidei subjectionis & reconciliationis. Confer Zvvingeri lexicon volumine 1. p. 250. b. Hac utebantur salutantes, hac abeuntes, hac jurantes, hac ab-

folventes, hac condemnantes. Orabat fuppliciter a Juliano Nebridius ut timoris levandi caufa dextram ei porrigeret, cui vero Cæfar refpondebat: *Ecquid præcipue amicis fervabitur, fi tu dextram attigeris meam?* Dextram Imperatoris tangere apud Romanos paucis, iifque præcipuis tantum, concedebatur. Alexander Philippo dextram offerebat, certior jam de ejus fide & innocentia, Curt. lib. 3. En dextra fidesque Maronis, pueris notum eft. Et præcipue huc pertinet, quod apud Livium lib. decad. 1. p. m. 12 facit Evander, qui, cum Herculi fata, quæ a matre acceperat, expofuiffet, hic dextra data accipere fe omen, impleturumque fata, ara condita, atque dicata, ait. Hunc noftrum Ottonem haud parum illuftrare poffet fymbolum Heinrici Imperatoris, quod junctas exhibebat dextras, cum caduceo Mercuriali, & infcriptione FIDE ET CONSILIO, fide puta fubditorum, & confilio Principum imperia firmari. Splendidiffimum poffideo numifma Sereniffimorum Ducum Brunfvvico Lüneburgenfium dextras jungentium, quod Differtatione hiftorica A. M. DC. LXXXIV. prolixe expofuit Sagittarius. Interdum manum dare, eft, victum fe fateri. Americanos quosdam fœdus inituros in dextram fuam alterius recipere falivam tradit Gottfrid. in

Novo

Novo orbe part. 2. p. m. 390. Filium dextræ Jacob vocat Benjamin ſuum, qui mihi propterea eſt filius amoris tenerrimi ſeu cariſſimus, & omni honore dignus, quemadmodum apud pleraſque gentes dextra ſiniſtra eſt dignior, quod prolixe probat Lipſ. in Elect. ſuis, & defendit in Cent. ſingul. Epiſt. 90. p. m. 297. Dextram quoque notare rem, qua quis perpetuo gaudet, ubi manus ejus officium ubique commodum eſt, Cic. ad Attic. Ep. 2. l. 14. indicat, filium ſuum Antonii dextram vocans, pro ut & Mæcenas a Pedone Albino Franco, dextra Auguſti ſalutatur. Atque ita intelligi poſſe puto, quæ Salomo Eccleſ. 10. 2. ait. Cor in ſapientis dextra, & cor ſtulti in ſiniſtra ejus. In re bellica, dextra ſymbolum habet virtutis, Virgil. 7. Æneid.

-- -- *Audendum eſt dextra nunc ipſa vocat res.*

Mezentius pro Deo habet.

Dextra mihi Deus &c.

Inter ſigna militaria fuiſſe quoque dextras, vid. Buchner. in voce Dextra. Uncialem in gratiam Friderici III. Danorum Regis A. M. DCLIX. cuſum, cujus averſa facies dextram habet cum gladio aliam dextram coronam prenſuram amputantem, adjecta epigraphe SOLI DEO GLORIA, evolvet proxime Dominus Mellen. Dextram fraternitatis a Jacobo Andreæ circa diſceſſum collo-

colloquii Mompelgardensis petebat Beza, quam ipsi dare nolebat, dextram amicitiæ non denegaturus, respondente Beza; *Quia dextras fraternitatis nobis porrigere recusatis, amicitiæ dextras etiam nolo*, addente Jacobo; *Ergo intermittatur.* vid. Colloqq. Mompelg. f. f. p. m. 568.

Dextram noster porrigit militibus super ara, tanquam fidei & favoris mutui symbolo. Quemadmodum fœdera nunquam sine religione, sic raro sine ara pangebantur, de quo uid. Livium lib. 1. de fœdere inter Tullium & Albanum percusso, Steph. Pighium in Annal. Urb. num. 662. Gorlæum, Tabul. 38. num. 1. ubi de porco circa fœdera cæso.

Epigraphes loco est: SECURITAS P. R. Quemadmodum ubique fere, qui Deorum auxilium implorabat manibus aram apprehendebat, unde aræ non male ansæ dicuntur Varroni lib. 5. rerum divinarum, sic hic Otto ad aram stans, præsidium & auxilium suis promittit, prout hoc indicat epigraphe. Securitas varia in Neronis numo recensui symbola. Populo Romano, hac, nunc sub Imperatoribus, nihil poterat esse jucundius, præcipue, quando propter Caligulæ & Neronis scelera nihil inter mœnia tutum, nihil insidiis vacuum hactenus fuerat. Ad reliqua, quæ in disserta-

tationis hujus titulo posita sunt, nos tunc convertebamus; nempe tres Juvenes Politissimos & Ornatissimos in Musarum nostrarum Patronorum producebamus conspectum,

Jdel Jobst de Vincken *Nob. Osnabrug.*

Viri Illustris & Generosissimi Domini Idel Jobst de Vincken longa cognatione Nobilissimis & antiquissimis in Westphalia stirpibus adnexi, Generosissimorum Provinciæ Statuum Consiliarii dudum meritissimi, literarum & literatorum vere Mæcenatis, candore, pietate & antiqua fide Herois insignis, filium natu maximum, paternarum virtutum heredem eximium. Hic CAROLUM a CAROLO, h. e. Divi CAROLI V. Ducis Lothar. vitam & res præclare gestas, & CAROLI VI. Filii D. L. Episc. Osnabr. & Olmuc. virtutes, divinasque dotes, eleganti oratione proprio Marte facta, celebrabat. Faustum plerisque Europæ summis Principibus fuit nomen CAROLUS. Non quidem Judæorum more de vita, fortuna,

moribus aut morte, ex nominibus auguria capimus; delectamur tamen iis, quibus Celsi & insignes in orbe Viri innotuerunt & consecrati sunt. Erunt, ut alios nunc taceam, Westphali & Osnabrugenses inter eos præcipue, gloriæ & dignitatis CAROLI M. buccinatores, nec de Tuis SRME. CAROLE, Domine Clementissime, laudibus silebit posteritas. Nostri Nobiles generis antiquitate nulli cedunt. Nec male me facere puto, si, quod Ant. Campanus, homo Italus, aliquando de Nobilitate Germanorum in comitiis Ratisbonensibus proferebat, ad Nobilitatem Westphalicam transferam; *Vestra* dicebat, *Nobilitas totum pene orbem, ut fons uberrimus inundavit, ut nulla gens, nulla regio sit, quæ non Nobilitatem suam a vobis habere gaudeat, jactet, lætetur.* Et ut fortassis, si non fallitur Lansius pro Germ. p. m. 86. multi in rusticorum Westphalorum plebe reperiuntur, qui agnatione præcipuas Consulares & Cæsarias veteris Romæ familias attingunt; Sic multos quoque in Italia reperiri Nobi-

Nobiles origine Germanos, docet Francisc. Sansovinus de Origine & Factis Famil. Illustr. Italiæ. Esto, ut Boeclerus in notit. Imp. R. l. 10. cap. 1. contra Genealogistas audaces scribit, ultra octo secula retro vix & raro dari demonstrationem Genealogicam Nobilitatis; Westphali tamen & Osnabrugenses gloria Majorum & antiquitate Generis reliquis merito anteponendi sunt. Arduum, insigne & æterno præconio dignum foret opus si aliquando in lucem prodiret, quod de Nobilitatis Westphalicæ antiquitate, de singularum ejusdem familiarum dignitate origine & incremento, præstantia, rebus præclare gestis, insignibus nativis coloribus depictis &c. &c. meditatur Hermannus Adolphus Meinders, Consiliarius Brusficus Judex & JCtus Bielfeldiensis, Fautor noster honorandus. Ipse ego in præloquio, quod huic panegyri præmittebatur recensebam sequentes: ab Aldenbock, ab Alpen, ab Alten, ab Altenhoff, ab Amelunxen, ab Amstel, ab Arenthal, ab Arnheim, ab Asse-

bourg,

bourg, ab Aſchenberg, ab Aſſberg, ab Aſſenbrug, â Baer, â Baver, â Balvern, â Battenberg, â Bevern. â Beeſt, â Böſelag, â Berckel, â Benſeraht, â Berninghauſen, â Beververde, â Brinck, von der Bruch, â Bucken, â Büren, â Burgeney, cognomine Haſenkampf, â Buſch, â Buſsfeld, â Buvingkhauſen, à Byland, â Cappel, â Caſtel, â Cloſter, â Dael, â Diepſenbrock, â Dobbelſtein, â Donop, â Dongart, â Dorgelo, â Drebber, â Driſch, â Drotke, â Dudding, â Düngel, â Duren, â Duvenorrt, ab Eckerad, Egemont, Elbroch, Eldern, Eller, Ellerborn, Eltern Elberfeld, Els, Enſe, Eſendorf, Erpen, Eyl, Eynenberg, Eynnaten, Extern, Falcken, Freytag, Früſenhauſen, Füllen, Galen, Gelen, Gebegott, Geberich, Gent, Görzen, Gienſenberg, Grappendorff, Grave, Grien, Gripswald, Grothus, Gronsfeld, Gronhein, Grunbergen, Gylden, Hael, Haacken, Hammerſtein, Hanſeler, Haren, Harden, Hartman, Haſe Hamberg, Havert, Heerſel, Hege, Heigk. Hemmert, Herd, Herſtorf, Heyden, Heyen

Heyen, Hilbach, Hinnerſon, Hizfeld, Hollinghauſen, Horſt, Hoſcherbach, Hochkirchen, Hoemann, Holdingen, Holligkhofen,Holtmühlen,Hombrugk, Hoon, Horch, Horion, Horſt, Hoyte, Hugenpath,Huys,Humen,Huuk,Itterſum,Kalle,Kampen,Kannen,Kappler, Kelding, Kenderich, Keppel, Kerſenbrock, Keſſel Kettler, Kotzler, Knehm, Krippenburg, Korff, Koslaer, Krummet, Lalain, Langen, Lansperg, Lappen, Ledebur, Leerroit, Leitte, Lenick, Lethmate, Leyck, Lippe, Liauckema, Lülsdorff, Lüzenrad, Luning, Mallingrod, Maſcherell, Mengerſen, Meyerſen, Mauterdingin, Mecheln, Meckern, Mairl, Meller, Melschede, Menge, Meppen, Merode, Mervvyck, Metternich, Meverden, Molck, Monſter, Montfert, Morien, Munnich, Munchhauſen, Nagel, Neſſelrod, Neven, Nienhauſen, Neukirchen cogn. Nuvenheim, Neuhoff, Ob dem Berg, Oeſt, Oſt, Ory, Oër, Opheim, Oerhauſen, Opplen, Oppinen, Oſen, Overheyden, Palland,

Petersheim, Plattir, Plettenberg, Pickard, Pieck, Prenger, Printhagen, Prott, Quernheim, Raed zu Reden, Randerot, Rasfeld, Retraid, Reffen, Reimſtück, Rhemen, Ried, Ripperda, Rodelnberg, Reck, Roſen, Roland, Rübel, Rücken, Schaden, Sarſin, Schall, Schasbergen, Schele, Scheffer, Schellert, Stenckern, Steinvvehrt, Schenking, Schilder, Schlender, Schingel hodie von Bochenfoerd, Schoenrad, Schorlemmer, Schleppegrell, Schvvencke, Segenhofen, Seegrad, Spannerbock, Schmieſing, Schvvittering Spanreebock ab Heyen, Sper, Spigel, Spiring, Stael, Steding, Sprenge, Steck, Steinhau, Stempel Streithagen, Steinhauſen, Stiuoger, Schnetlage, Syberg, Tappen, Tegel, Tencknagel, Torcken, Tecklenborg Tuiſſenbrock, Vellbruck, Volen, Velis, Vincken, Ulfh, Vochem, Voſſ, Vrede, Uttinghofen, Wachendorf, Wachdendong, Waldenberg, Walmerode, Warpke, al. Schappendorf, Wend, Wenge, Weſterhold,

VVeſt-

Westphalen, Weiherhorst, Weyer, Wilck, Wittinghoff al. Schell, Winckelhofen, Winckelhausen, Wihenberg, Witte, Wittenhorst, Wolff, Wühe, Zeveh, Zob, Zevissel. Non singula, pleraque tamen Nobilium Westphalorum præcipuorumque hæc sunt nomina, at quis præclara eorum & memorabilia enarraret facinora? Antiquissima Nobilitatis Germaniæ nomina exhibet Lohenstein in Arminio part. 1. p. m. 1356. & seqq. De diversis Nobilitatis generibus eamque probandi modis scripsit Claud. Franc. Menestrierius Paris. S. J. Conferatur etiam Tiraquellus t. 1. Opp. de Nobilitate. De jure & privilegiis nostrorum Nobilium Ahasv. Fritsch Exercit. 4. Jur. P. cujus tractatus de titulis nobilium cum notis Eybeni, extat. De Nobilibus Semper Freyen/Edle Herrn / Reineccius de origg. Saxon. p. m. 10. Josias Nolden de statu Nobilium. Joh. Maximil. Humbracht in insigni Volumine quod Frf. A. 1707. in fol. edidit, appellavit-

que die höchste Zierde Teuschlandes und vortrefflichkeit deß teutschen Adlers pleraque & præcipua de Nobilibus Germ. exponit. Sic & edidit monumenta Nobilitatis antiquæ illustrium familiarum, inprimis ordinis Equestris in Ducatibus Bremensi & Verdensi Mushardus, Bremæ 1708. in f. Hûc pertinet etiam Codex Diplomaticus Joh. Stephani Burgmeisteri Ulm. 1704. &c. Rite hi CAROLUM M, Familiarum suarum & dignitatis statorem, divis miscent. Te pariter, CAROLE DUX & EPISCOPE, Regibus atavis edite, Amplissimus equestris Osnabrugensis Ordo, Præsidium Decusque suum appellat, & cuncta sua studia Tibi consecrat. Fecerunt hactenus & facturi sunt imposterum cuncti hujus provinciæ status, quod nunc in Livonia fidelissimi CAROLI XII. faciunt subditi, qui genu ponunt, cum Rege suo esse optant, & Patrem Patriæ appellant. Faciet idem, qui civis Narvensis personam induit,

Diederich Michael Biervverth,

Nien-

Nienburg. Juvenis, quem forma, ingenium, pietas & artes commendant. Hic carmine heroico non ineleganti gratulabatur Regi CAROLO Victori & Liberatori. Ut autem Vienna Turcis, sic Narva Moscis bis fuit exitio. Ante annos fere octodecim CAROLUS Lotharing. Dux istos ab Urbe pellebat, & non solum prælio superior discedebat, verum etiam eorum opes immensas, pecuniam stipendio ingenti militum præparatam, tentoria Regali magnificentia exornata, vexilla, tormenta ballistas &c. Augustissimo LEOPOLDO consecrata tradebat; Hos nuper CAROLUS vix octodecim annorum Rex ad Narvam suam ita excepit, ut senserint sibi cum viro fortissimo, principe Sueco & Deo-charo, fuisse pugnandum. Fidem excedebant, quæ de hac Moscorum clade & Suecorum conatibus, fortuna, &c. referebantur; At non fefellisse famam, ipsa Livonia liberata, tot vota & lætitiæ publicæ signa, loquuntur. Venit CAROLUS, Vidit, Vicit, Jo! Tandem

Jacob Henrich Engelcken *Lemgoviensis*.
Juvenis bene natus & bene educatus, probus & industrius, nomine Bojarii bonæ mentis, Moscorum Autocratori Petro Aleziovvitz suadebat, ut arma mitteret, cum CAROLO pacem conderet, copiasque suas cum Augustissimi Imperatoris reliquorumque Imperii R. Principum exercitibus, conjungeret. Natus est hic Autocrator A. 1672, ipsis Kall. Jun. st. v. Anno 1682. cum fratre Fædor in provincia cum imperio esse cœpit. Hoc vero A. 1688. defuncto, universam in se suscepit Rempl. olim, si fidem habemus imagini Avi Principis hujus Michael, status forma requirebat, ut superstitio conservaretur, peregrinationes interdicerentur, eruditique ejicerentur; At hic noster aliter sentiebat, Veniebat enim & videbat non solum amplissimas plerasque Germaniæ provincias, sed & disjunctissimos a se salutabat Batavos, inque familiaritatem summorum in Europa Principum se insinuabat. Nascentem Principis hu-

hujus gloriam profecto omnium arma & monumenta promovissent, ni nuper opum suarum, armorum, militum & ducum tantam passus fuisset jacturam, ut majorem plagam hactenus acceperit nemo.

Scilicet innumeras CAROLVS Rex auspice Christo
Turmas Moscorum fudit, validasque phalanges.

Ad Nostros quod attinebat oratores, singuli carmine, hic quidem latino, isti vernaculo finem dicendi faciebant. Ad actum vocabat ipsum breve hoc carmen ita:

Vos, quibus eximios solidæ virtutis amores
Vis alta mentis suscitat,
Huncce diem festum celebrate & carmine fausto
Nobis adeste, & dicite:

Sint CAROLIS Veſtris fauſta o-
mnia & omine læto
Eorum eant ſententiæ.
Sit procul omne malum, menſes-
que diesque ſecundet
Supremus omnium arbiter.
Illuſtres equites vivant, vivatque
Senatus,
ViVant quibus curæ Schola
eſt.
Orbem noſtrorum vaſtum CA-
ROLORUM illuſtris
Laus nominis perambulet.
Oſnabr. Dom. Læt. M. DCC. I.

)o(

DIS-

DISSERTATIO X.

Antiquissimum, eumque maxime genuinum numum argenteum

THASIORUM



EXHIBENS

QUA

Ad tres orationes Publice V. Idd. Sept.
memoriter habendas

OSNABRUGUM DOCTUM

Observanter & officiose invitabat A.

ANNO MDCCI.

§. 36.

Decima est, quam de Numis nunc scribo dissertatio. Institutum pronexurus juxta §. 10. Vitellium & Vespasianum exhibere debuissem. Pietatem ex numo infra posito pariter docturus eram, at quando hoc ante me fecit, alia quamvis, quam ego facturus eram, ratione, Joh. Weidner, vice hac labore hoc supersedere volebam. Novos in hoc studio Autores hactenus non vidi, visuri tamen procul dubio sumus, si toties desiderata societas, Ducibus, la Chaise, Mabillon, d' Amour & de Primier, Parisiis in hac disciplina versatis, calcar addiderit. Extra oleas nunc vagaturus, Thasiorum numum, cujus nitor & ætas me ita, ut loquar cum Poeta, urit, ut argenteus licet sit, auro contra habendum putem. Genuinus admodum est, eoque carior. Vidi eundem alibi, sed spurium. Scilicet accidit ei, quod rarissimis & optimis, qui penes se innumeros habere solent. spurios.

§. 37.

Thasiorum, quem cernimus est, eoque rarissimus. Græcorum est, eoque antiquissimus, cui & merito COSS. cedunt R. Certa ad me venit lege. Ingenti eum pretio vir quidam celeberrimus, Antiquariorum in Westphalia hodie facile Dictator

tor, olim redemturus erat, at ei tunc adeo felici eſſe non licebat. Eſt autem Thaſus, inſula Thraciæ littori proxima, Marathoniam inter & Atho, hodie Thaſo, auro & vino quondam celebris. Aëria ſeu etiam ætheria eſt Plinio l. 4. c. 12. p. m. 58. Primum in illa oppidum extruxit, deque ſuo nomine vocavit, Thaſus, a quo & univerſa inſula deinde dicta fuit Thaſus. Habent quædam de hac veteres Lexicographi, plura ego credo annotaſſe Clariſſ. Cellarium in ſpiſſo volumine Geographiæ ſuæ nuper editæ. θασιον ἐγχεεις, Horatio fuiſſet, Falernum infundis. Nec Pramnio Cereri ſacro, nec Chio, nec Lesbio, nec Cretico, nec Coo, nec Polio, nec Rhodio cedebat noſtrum Thaſium, quod nec Wiglebii, nec Helveti ex Uri profudiſſent. Nux Thaſia, (de veterum circa nuces luxuria vid. Ernſt. in pecul. diſſertatione) h. e. amygdalum Macrob. l. 3. Saturn. p. m. 355. & a nobis appetitur in Weſtphalia. Thaſius lapis, h. e. marmor maculoſum rarum olim in templis ſpectaculum erat.

Caput quod cernimus, Regis ανωνυμ faciem imberbem uocat Reineccius p. 106. qui & Alexandro numum hunc habet poſteriorem licet argumenta, quæ hoc doceri videntur, non nominet. Neque ſatis accurate numi figuras exprimit, cum neque

quo-

quoad ſynciput, neque quoad occiput cum meo ibi depicta conveniat. Figuram clavam inter & Herculem is M. facit, at cum nitidiſſime iſta in meo, ut videmus, ſit expreſſa, fidem ei habere non poſſum. Quo die, quo Cos. cuſus & ſignatus ſit, a me nemo expectet. Alexandro eſſe ſuperiorem me multæ docent rationes. Bacchi [Bacchæ eſſe ſtatuunt alii] caput eſſe, putat Lazius Rerum Germ. l. 1 p. m. 5, nec falli ipſum puto. Thaſios, Bacchum, Thaſi Conditoris ex fratre nepotem, vitium ſuarum cultorem, admodum coluiſſe, Diodorus l. 4. p. m. 227 ſeqq. prolixe docet, prout & folia coronæ populi eſſe videntur. Bacchus autem ſibi coronas ex alba populo feciſſe, notat Gruterus in theſauro. t. 1. p. m. 852. Accedit quod Liber pro Proſerpinæ filio ab aliis habitus ſit, populum vero arborem juxta Acherontis ripam enatam, proptereaque Acheroida dictam, paulo ante l. c. refert laudatus Gruterus. Sive coronam hanc ex thyrſis pampinaceis eſſe malis, Bacchum enim thyrſum, h. e. haſtam hederis obtectam in Orgiis Bacchicis quaſſatum fuiſſe, relatum legimus. Præterea facies hæc noſtra elegans juvenilis, delicata & virginea eſt, Baccho ſane digna. Iſtam enim, quam pictorum noſtrorum vulgus dat Baccho, pinguem, craſſam &

obe-

obesissimam, spuriam & Baccho indignam esse, noruntisti, qui res scrutantur antiquas, norunt, qui norunt illud Poetæ

trahitque Bacchus virginis tener formam,

aut qui norunt, quid Ovidio l. 3. Met. fab. 8. sint digiti Baccho digni, queis insignis erat Narcissus. Notavi nuper crassos indoctorum pictorum errores profecto tales quotidie vitium adferunt optimæ historiæ. Ceterum annon tot fere extiterint Bacchi, quod Hercules affirmare non vereer. Alium Indum, alium e Jove & Prose pina, alium e Jove & Semele genitum exhibet Diod. l. 4. p. m. *273*. In hujus historia prolixus est Braunius in dissertt. de planctu Thammuz & præcipue in tertia, ita, ut actum agat, qui plura de antiquorum tam Ebræorum, quam Phœnicorum cultu Baccho exhibito, addere velit.

Cornu ab occipitio videtur habere pendens hic meus Bacchus. Taurinis cornibus inter plerosque insignis erat Bacchus. Camerarius part. 1. p. m. 436. horarum subcis. ex Giraldo notat, Argivos *βυγενη Διονυσον* coluisse, plerosque eundem [ad quos & Thasios nostros referimus) *ταυρομορφον, ταυροκιφαλον, ταυροπον* appellasse, quid? quod, *ταυροκερως, βυκερως, Δικερως*, ad Bacchum pertinentia nomina esse, statuit; nec prætermittendum est illud Ovidii:

Ac-

Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

Non tamen folum in numis Bacchum confpicimus cornutum, fed & gerunt in iis & Juno & Ifis & fluvii cornua. Equidem Herculi interdum cornu tribuitur, illud fcil. quod Acheloo in fpeciem tauri mutato in arena detraxiffe dicitur, fed hoc noftrum Herculis effe, mihi nemo perfuadebit [Ex populo Hercules enim coronam non geffit.] Duobus potius fimul fatisfacturos Thafios Tutelaribus fuis, alteram numi fui faciem Herculi, alteram Baccho confecraffe judico. Cetera cornu, quod attinet, propter fummum ejus in rerum primordiis ufum in fummo ab antiquiffimis habitum fuit pretio. Et in facris primum obtinuiffe locum, novimus ex 1. Sam. 16. Pro poculis fuiffe, norunt etiam ifti, qui literas non norunt. Thuringi mei betulas celebrant excavatas, die Birckenmeyer/ alii vafa a natura facta, nuces Indicas, conchas, teftudines &c. pro poculis adhibere folebant olim, donec luxus cum his argentum aurum & gemmas commutavit. Et potentiæ & majeftatis Regiæ in facris præcipue fymbolum effe cornu, ex Antiqq. Biblicis fubminiftrantibus Philologis, peti poteft. Adde Pier. l. c. l. 7. p. m. 87. Alia fymbola non addo, alias etiam pauper cornua fumeret. Mofis cornua Thom. Bartho-

tholinus de luce hominum & brutorum cap. 12. p.m. 85. seqq. prolixe exponit. Novam Philologus hic Balticus consecutus fuisset laudem, ni A. 1700. universa ejus Bibliotheca, & cum hoc commentt. ejusdem de morbis lymphaticis, de animalibus Norvegiæ, Cornelio Celso puerperio & Centurr. 6. & 7. Epistolarum, incendio periissent. Plura de Mose cornuto, suppeditat Pfeiffer in dubb. vexatis p. m. 251. seqq. De cornu Oldenburgico vid. Tenzelius, in colloqq. menstruis. Cornelios cervorum cornibus hoc suum debere decus, ex antiqua constat historia. De militibus cornutis Rhodiginus l. c. p. 482. & Pierius p. 86. scribunt.

Celebrata hæc erat facies numi nostri, hinc sine epigraphe, quales fere etiam omnes Gothici tam aurei quam argentei. Sed adversa facie *Hercules* conspicitur nudus, h. e. specie heroe tanto non indigna, quod & imitati sunt Lacædemonii, qui in certaminibus suis omnium primi corpus denudarunt, ut ex Thucidide laudatus Rhodigin. l. 13. p. m. 187. refert. Georgium Castriotam, Turcis Scanderbeg. cum Scytha nudo nudum congressum victorem evasisse, Marinus Barletius, & Gabriel Tschimmer in ejus historia tradunt, de quo novo Epiri Hercule non possum non notare, pugnanti

scil.

ſcil. ſanguinem e labiis erupiſſe, mortui oſſa Turcos collegiſſe & de collo ſuſpenſa geſtaſſe, quo eſſent invicti bello, id quod omnino illi, qui inſutos imperiales iſtos Mansfeldicos in præliis ſecum habent, imitari videntur. Nudus erat noſter, nudo enim homine virtus contenta eſt, conf. pl. Guiliel. Choulium al. Caulium de concertationibus Græcor. & Roman. &c.

Clavam gerit. Antiquiſſimum armorum genus, ſive ex robore, ſive ex ære fuerit, virtutis & diſciplinæ ſymbolum. In nodis hujus nodum ego non quæro, quaſi nodos & ſcrupulos virtutem imitantes notarent, quod placet Pierio l. c. p. 678. ſed ſatis eſt, ad prælia ipſi talem fuiſſe aptiſſimam. Interim ego neminem meorum eſſe puto, qui in cœlo illo eſſe velit, in quo Hercules cum ſua clava. Leonis gerit exuvias, Nemæi ſcil. quem ex luna cecidiſſe Poetarum fingebat ſubtilitas, hocque nomine Hercules poterat dici pellis leonis (merebitur vox veniam) incubitor ein Löwenhäuter / non aliter, ac apud veteres Germanos urſarum pellium incubitores vocabantur Beerenhäuter. Prolixius hæc expoſui in Specimine 8, & 9. Excerptorum meorum, quæ agunt de ignominioſis Appellationibus quibusdam. Nimirum delectabantur belluarum & beſtiarum exuviis olim, hodie ve-

vero cum reliquis iis gaudent equites Pannonii ſ. Huſari, qui tamen propterea non tam male audiunt, quam Hunni quondam ſedibus ſuis in finibus Italiæ præcipue deturbántes optimos cives, unde natum, Hunnus fuit, quod contractum, obſcenum dictum videbatur imperitis, qui a cane derivabant. Riſum ſæpe mihi legenti movit Autor Relationum latinarum Colonienſium, quando Hunnorum præſidium appellat Dorſum caninum. Sed Herculis hoc noſtrum eſt ſimulacrum & quidem Thaſiorum. Quemadmodum enim apud Ægyptios ab uno Triſmegiſto omnes iſti, qui ſublimi rerum notitia præditi erant Hermetes vocabantur, ſic pariter in unaquaque gente is præcipue, qui & viribus & corporis robore præ reliquis ita valebat, ut & ſuis ſaluti foret, Hercules appellabatur, ab uno antiquiſſimo & celeberrimo, de cujus ærumnis & laboribus autores tamen ἀλλαξαντες την αληθειαν εις τοψευδος, non conſentiunt. Samſonem iſtum fuiſſe, ſuo tempore Auguſtinus & Euſebius putarunt, nec forte ſine ratione, præcipue, cum omnes Græcorum Samſone ſint inferiores. Leo Nemæus procul dubio eſt Thimnathæus; Columnæ Herculis ſunt columnæ domus Philiſtæorum, gigantes ſeu Centauri iſti, quos Hercules interfeciſſe dicitur ſunt

Philiſtæi, ſervivit Hercules Omphale h.e. Simſon Delilæ &c. Superſtitioni facile erat aliquid addere. Antiquiſſimus (cui antiquitas primi Herculis geſta attribuit) erat Tyriorum, ſcil. Palæſtinæ vicinorum. Eundem, quem Tyrii colebant, Thaſii quoque venerabantur, ſed hos è Tyro fuiſſe colonos, novimus. Thebanorum cum Thaſiorum eundem fuiſſe Herculem ex Diod. l. c. p. m. 300. mihi perſuadeo. Ægyptium eſſe alium, ferme crederem. Gallicus ille & Ogmius Hercules Druidum diſciplina eruditus, calvum, canum, decrepitum & rugoſum monſtrum, theatro & larva potius, quam clava & exuviis dignum eſſe, deprehendo. Similes nempe habent labra lactucas, & aureæ iſtæ catenulæ, quibus ille gentem ſuam auribus devinctam non invitam, quo volebat ducebat, faciunt, ut ex pelle hac non leonina ſed vulpina Herculem iſtum agnoſcere poſſis.

Anteferimus huic merito longe Herculem Alemannum Germanorum, quem canebant fortes noſtri majores in prælium ituri. Ab hoc ſylva Herculi ſacra dicta eſt Hercynia, de qua prolixe Athamer in Tacit. p. m. 119. ſeqq. Cur vero Herculem fecerint ſpurium, nondum ſatis conſtat, ni omnes in orbe heroas olim pro Dis genitis habeam. Alii inter Medicos retule-

tulerunt, alii pro Deo Mauzim habuerunt, a cujus templo & mulieres & ſues, malum omen, prohibebantur.

Σωτηρ noſter dicitur Hercules. Soteres tunc, quando hic cudebatur numus, cum Dioſcuris & Paraſtatis idem erant, pro ut optime hoc exemplo Galetis quibusdam ad ſupplicium raptis ſuccurrentis, docet Rhodigin. a. 15. l. 13. p. m. 182. tom. 2. Id quod ſi conſtitiſſet Bembo, Sadoleto &c. facile ſe defendere potuiſſent. Nec buſtum illud hominis Socinus omnium gentium redemtorem vocare maluiſſet, Servatorem quam Salvatorem, aut nugaciſſimus Beverlandus ubique Soſpitatorem appellaſſet. Et juvare ipſos potuiſſet, quod ſequentes Imperatorem, victorem, Servatorem, liberatoremque populi frequenter appellaverint. De pretiis, quæ Medicis perſolvebantur conſtat, quod σωτηρια vocata ſint, quemadmodum ipſi Medici, autore Svida, Σωτηρες appellabantur. Σωτηρεια & Σωτηρια ſcil. ιερα, feſti dies erant in honorem Σωτηρειων Θεων inſtituti. Portus, quem Σωτηρα appellat, & a quo primum proſpere recepti Græci inter Paſtores Troglodytas, mentionem facit Diod. l. 4. p. m. 228. Sed ſatis de his. Prodibant, & oris artisque ſuavitate ſe Muſarum Patronis commendabant.

Emanuel Philippus Götte *Mengringhus. Waldec.*

Juvenis, quem pietas & induſtria commendabat Academiarum, præcipue Germaniæ, origines & laudes recenſebat. Hoc argumentum ante nos tractarunt Fr. Junius in Academia, Meibaum de origine Academiæ Juliæ in ejusdem natali, Joh. Launojus Theol. Paris. de Scholis celebrioribus a Carolo M. & poſt eundem in Occidente inſtauratis. Me vero quid moverit, ut hac vice pro themate dederim, in cathedra, mei ſignificabant oratores, quorum ſecundus,

Joh. Diederich Königshaven, *Jevera Friſius,*

Juvenis, quem variæ artes ac ſcientiæ, quem candor & induſtria commendabant, in perverſos quosdam Academiarum ſeculi noſtri mores invehebatur. Fecit idem in tractatu quem Anno 1688. edidit peculiari celeberr. Thomaſius; noſter vero Orator præcipue tandem in eo verſabatur, ut Icaros quondam Acade-

cademicos moneret, ut medio eant, ni cum Icaro perire velint. Tandem juvenis omni laude dignus, qui integros hic quatuor annos ſtrenue literis & ſcientiis operam dederat,

Hermann. Juſt Meier *Schleduſanus.* Scholarum, earumque præcipue, quæ ſunt in Germania recenſebat natales, brevique çarmine finem dicendi faciebat.

)o(

DISSERTATIO XI.
Numos Pegaseos duos, AUREUM & ARGENTEUM SCILICET,

I I



II II



EXHIBENS

QUA SIMUL

Ad tres Orationes solennes pridie Cal. Martii

H. L. Q. C.

MEMORITER HABENDAS

Osnabrugum doctum observanter & officiose invitabatur.

§. 38.

§. 38.

Propter materiæ dignitatem præcedat aureus, argenteo annis licet inferior. Hunc ego ex liberalitate Viri Admodum Reverendi & longe Doctissimi Domini M. Theodori Wilhelmi a Jerusalem, ad B. M. V. apud nos Pastoris Primarii & Superintendentis, ob insignem suadam ac singularem humanitatem acceptissimi, Fautoris longe honoratissimi, possideo. Gothicum esse ex informibus figuris & ipsa materia judico. Non solum enim omni caret inscriptione, quod in Gothicis admodum frequens, unde & Oedipo solertior esse debet, & Argo oculatior, qui tales vel in ordinem redigere, aut satis accurate exponere velit, præcipue, cum de iis apud veteres nihil, apud recentiores, præter opiniones & conjecturas, vix aliquid offendamus, optimeque de his loquatur laudatus Patinus, l. c. c. 12. p. m. 85. scil. *vix quicquam continere, quod gratum esse possit*; Sed & aurum est pallidius & pretii ejus, cujus solet esse coronarum; quasi hoc ipso testari voluissent Barbari, regnum suum non optimæ fuisse monetæ. Ut autem numi materia varia est, quod supra §. 6. Differt. 1. monstratum fuit, sic aurum in eo reliquis, ut *sol* ceteris syderibus, approbantibus hoc etiam Chymicis,

aurum solis signo notantibus, anteponendum esse puto. Non autem hic de artificiali, seu chymico, sed naturali, h. e. ex venis effosso & eruto, aut e fluviis & arena lecto loquor. Illud enim quod attinet non parum monstri & superstitionis, sæpe alere videtur. Equidem multi hactenus ipsi subscribere visi sunt, ex quibus nominari merentur Fratres roseæ crucis, quorum summum bonum erat verum veræ magiæ, quale Alchymiæ, subjectum, de quo in peculiari tractatu egit Robertus a Fluctibus; de istis autem Arnold in famosa sua Historia Eccles. hæret. part. 2. l. 17. integrum caput decimum octavum conscripsit. Addatur Libavius in consultatione de fama fraternitatis R. C. & Henricus Neuhusius in Admonitione de fratribus R. C. item Philippi à Gabella Consideratio de pretiosis Philosophiæ, cum confessione fraternitatis R. C. & Joh. Val. Andreæ, quem Arnold. l. c. den vornehmsten Erfinder und letzten Abdancker dieser Fraternität vocat, in Menippo. Maximi hunc nepotem Jacobi [quem miris modis απροσωποληπτης ille scilicet §. 19. & §. 33. c. 18. l. 16. p. m. 215. perstringit] fecit sapientissimus Guelphorum Dux Augustus. Ceterum huc referenda sunt Judicia clarissimorum aliquot virorum de statu & religione fraternitatis celebra-

lebratissimæ de rosea cruce, ut & Nuptiæ chymicæ Christiani Rosencreutz nec non Fama fraternitatis, quæ omnia cum sanioribus Bosius in dissert 3. de statu Europæ § 29. p. m. 323. pro ingeniosi alicujus viri figmentis habet. Conf. Morhofii Polyhistor l. 1. c. 13 & Colloqq. menstr. Anno 1690. mens. Jan. p. m 36. & mens. Dec. p. m. 1123. seqq. His merito jungimus lapidis Philosophorum patronos, quos propter multitudinem omnes nominare non possumus. Ex professo autem de eo egerunt Theophrastus Paracelsus, alias etiam Bombast dictus, in operibus Medico-Chymicis; qualis autem hic fuerit, docet Johannes Neander in antiquissimæ medicinæ natalitiis 1623. Bremæ editis & Friderico III. Daniæ Regi dicatis, ubi inter alia p. 334. inquit; *Quum doceret Basileæ, de incantationibus quoque, & exorcismis mortuorum magicis agere cœpit, eam rem ægre ferentibus viris doctis atque piis, hæc in verba prorupit:* Will Gott nicht helffen / so helffe der Teuffel. Et alibi; *Mago-Medicum fuisse, docent illæ ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι, qui passim apud ipsum reperiuntur* &c. &c. &c. Conf. Bangium in Cœl. Orient. p. m. 57. seqq. Eidem l. c. p. 61. est novus Jambres, a quo subinde motus Acheruns, cum cujus larvis jam bene potus, luctatus memoratur. Vid. Conring. contra Paracelsum & id genus Medi-

cos cap. 18. Medicinæ Hermet; Consentit Quenstet in differt. de efficacia verbi Thes. 1. obs. 5, quando ait: *Theophrastus Paracelsus, cujus scripta tantis erroribus, superstitionis & Diabolicis inventionibus sunt referta, puta, in iis, quæ fidem concernunt, ut vix excogitari possint detestabiliora.* Vid. etiam Dannhavver in Refutat. Præ-Adamit. It. Delrio in Disqvis. Magicis. Laudes habet epitaphium ejus, quod Salisburgi in nosocomio apud S. Sebastianum ad templi murum erectum lapidique insculptum spectatur, estque: CONDITUR HIC PHILIPPUS THEOPHRASTUS, INSIGNIS MEDICINÆ DOCTOR, QUI DIRA ILLA VULNERA, LEPRAM, PODAGRAM, HYDROPISIN ALIAQUE INSANABILIA CORPORIS CONTAGIA MIRIFICA ARTE SUSTULIT, AC BONA SUA IN PAUPERES DISTRIBUENDA COLLOCANDAQ; HONORAVIT. A. MDXLI. D. XXIV. SEPT. VITAM CUM MORTE COMMUTAVIT. Post hunc Joh. Baptista Helmontius, quem non immerito Dn. D. Meier in Tentato Hæreticum Medicum appellat, [aliis celebris est per ignem] in libro vitæ insignem se lapidis hujus præbet patronum, quemque sequitur Fabius Glisseckius de lapide Philosophorum cum iis, qui patroni sunt spiritus

mun-

mundi, quemadmodum & Königius Medicus Basileensis Observat. 146. Decur. 2. anni 8. Ephemeridd. naturæ curiosorum non veretur scribere; *Neminem sanæ mentis existentiam lapidis Philosophorum negare.* Sed ut hic vir vel valde seipsum fallit, vel ingenti utitur æquivocatione cum Weigelio & aliis; sic nunquam mihi quisquam probabit summos Theologos, Arndium, Gerhardum &c. lapidem habuisse Philosophorum. Esto hosce cum magno meo socero Lütkemanno in lineamentis Physicis cap. 9. & Morhofio consensisse, & asseruisse ope lapidis Philosophorum spiritum, qui est in auro, subtilissimum, non minus aurum efficere, quam spiritum lapidificum lapidem, aliter tamen statuere non potuerunt, quam substantiam auri adfuisse, sed lapide hoc evocatam & perpolitam redditam fuisse, adeo, ut mutatio ista non ad substantiam tam, quam ad perfectionem pertineat. Non enim quæritur, an possit inveniri tinctura quædam, quæ metalla impura ab impuritate liberet, ut auri speciem induant, aut auro obducantur; Sed an metalli substantiam aliquis in aliam specie differentem mutare possit, v. g. substantiam plumbi in substantiam auri, de hoc sermo est. Aurum autem a plumbo differre specie, nemo negabit, qui concedet quercum specie differ-

ferre a ficu, aut aſinum a leone. Jam autem certum eſt ſubſtantiarum ſpecie differentium naturaliter non dari permutationem. Deo hoc committendum eſſe puto, nec ſic Diabolus (ni imperitus fuiſſet tentator Judæus, ut hodie nugantur multi) ad Chriſtum vere dicere potuiſſet Luc. 4. v. 3. Ει υιος ει τȣ Θεȣ &c. &c. Unde merito celeberrimus Lyncker in Inſtructorio ſuo forenſi l. 2. membr. 1. Sect. 1. part 1. chryſopoeiam inter inutiles refert ſcientias. Nec me movent experimenta alchymiſtica, de quibus ſentio, vel eſſe fallacia, vel falſa, vel magica. Poteſt enim aurum eſſe ſuppoſitium, quales fuerunt magorum Ægyptiacorum ſerpentes Exod. 7, 12 aut falſum, & non ſuſtinere probam mallei & ignis, aut magicum, de quo vide Neandri phyſicam. Adde Lohenſtein in Arminio l. 2. part. 1. p. m. 176. & Reiherum in peculiari diſſertatione de numis ex metallo chymico factis, ut & in diſſert. Jurid. ſtathmica; De D. Schweizero paſſim, præcipue cenſuram in Colloqq. menſtr. Anno 1690. menſe Febr. ubi & collocutores Dominum Baronem Valvaſorem introducunt, qui ſtatuit lapidem Philoſophorum in rerum natura nunquam fuiſſe, licet reperiatur auri tinctura, quæ ſine lucro tamen (quod idem

eſt,

eſt, quod ſupra diximus) plumbum corrigat, & ut auri nobilitatem induat, perficiat.

Sed ad numos noſtros, quorum alter eſt argenteus. Dono mihi datus hic eſt a Viro PræNobiliſſimo ac longe Experientiſſimo Domino D. Joh. Gabriel Schmidio Civitatis & Diœceſeos noſtræ Medico ordinario eoque celeberrimo, & Fautore optimo. Eſt is Familiæ Titiæ. Familias quondam Romæ, quod hodie pariter Imperii R. plerique Principes & Respl. liberæ habent, jus cudendi monetam habuiſſe, innumeri Familiarum teſtantur numi, qui hodie paſſim aſſervantur, de quibus evolvi poteſt Fulvii Urſini liber Scaligero divinus, qui nuper per Patinum reſtitutus, & Pariſiis prodiit Anno 1673. Quid in his præſtiterit PerIlluſtris Dominus de Bahr, dictum fuit diſſertatione VI. §. 30. Legendo caret uterque, iſte quidem utraque, hic altera facie, quæ caput exhibet Divæ alicujus. Nihil enim frequentius eſt, quam in familiarum numis Heroum, Divorum Divarumque, oſtendere imagines. Tales vocat Jobertus Semianimes, quaſi dicat, inſcriptionem numi eſſe animam, præcipue cum hac ſine non facile, cujus ſit, nobis conſtare poſſit. Hodie tamen fieri hoc poteſt per Inſigne, quod apud veteres rarum

erat;

erat; Et quamvis legamus Darium Hystasp. in sigillo sculptum habuisse equum, Augustum usum fuisse sphinge in imperii initio, deinde sumsisse imaginem Alexandri, novissime suam; Seleucum habuisse anchoram, Pompejum ensifero signasse leone, familiæ tamen certa insignia non habebant, sed ut plebeji imagine principum suorum, sic familiarum proceres Heroum aut Divorum utebantur imaginibus. Qui cupit de recentiorum insignibus instrui, evolvat Speneri opus Heraldicum, & commentarium de Insignibus Saxonicis, Johanni Siebmacheri a Paulo Fürstio continuatum opus armoriale, (Wapen-Buch) Menestrierium in tribus libris de arte Heraldica, & Johann. Gibonem in Introductione ad latinam Blasoniam; It. tabulam Wisemanni de arte Heraldica, & J. A. Rudolphi Heraldica curiosa. At quantum juris competat Insignibus, tradit Struvius de jure sigillorum. In utroque numo conspicimus Pegasum aliquando antiquitus urbis Corinthii symbolum. Frequens monstrum hoc est in numis, & ut fabularum plena erat universa Græcia, sic Corinthus nulli Græcarum urbium in his nugis cedere volebat. Possunt autem de Pegaso, Chimæra & Bellerophonte legi Ovidius l. 4. Met. Hesiod. in Theog. Strabo l. 8. Cæl. Rhodig.

dig. l. 13. lect. antiqq. cap. 9, Natalis Comes l. 9. c. 4. Habuit & Augustus Pegasum, famæ & gloriæ puta symbolum, in numo; Et licet potentissimæ domus Brunsvicensis caballus in numis alatus non sit, respexisse tamen huc puto Principem nec annis nec sapientia nec auctoritate ullo totius Europæ inferiorem Serenissimum GEORGIUM WILHELMUM, qui adjici voluit: QUO FAS & GLORIA DUCUNT. Patriam Pauli Tarsum a voce ταρσος planta scil. Pegasi fracta, dictam fuisse, non absonum videtur Grutero in Thes. part. 1. p. m. 753. quemadmodum non raro urbes & provinciæ, montes & cavernæ, flumina & maria &c. fabulis sua debent nomina.

Alatus hic noster est equus, cujus fabulam ego non magis veram esse puto, quam eam, quæ de gryphibus circumfertur. Conf. Plin. l. 10. c. 44. Ad piraticas autem non male refertur naves, harum enim prorarum frontes ut plurimum monstra præ se ferre solebant. Cum vero Angelis, Deastris, v. g. Mercurio & Cupidini, Geniis, aut quadrupedibus alas utraque tribuit antiquitas, his celeritatem notare voluisse, constat. Sic Famam tam, quam Victoriam fingebant alatam. Homerus etiam verba celeriter prolata vocat ἔπεα πτερόεντα.

γοῦντα. Vitulum ab Aarone expressum a-latum fuisse, admodum probabile videtur iis, qui præter Cherubini formam huncce vitulum nihil habuisse statuunt, prout prolixe hoc demonstrat Franciscus Moncæius in Vitulo aureo passim. De animalibus alatis Ezechielis, c. 1. 5. & Johannis Apocalypſ. aut iis quæ ad Evangelistarum imagines cernimus, legi possunt, qui commentationibus suis illustrarunt. Ad Chinenses autem usque nostrum avolasse Pegasum refert Kircher, qui & eundem inter reliqua horum idola exhibet in China Illustrata part. 3. cap. 6. p. m. 162. quemadmodum & adhuc marmoreus superest inter rudera Persepoleos, teste Oleario in notis ad Mandels. p. m. 13. Hæc hactenus.

Specimen publicum industriæ suæ edebant tres superioris ordinis Athenæi nostri alumni

I. Antonius Rullmann *Hervord. Westph.*

Juvenis, quem ipsæ amabant Musæ, nomine Circuli Svevici Augustissimum Romanorum Regem JOSEPHUM ut proximo anno ipse exercitibus suis in Imperio præesse velit, orabat.

II. An-

II. Anton. Gerhard. Schlacke *Diepholtz.*

Cujus induftriam & nuper laudavimus, carmine Germanico nomine Primatis Caftillæ hortabatur Hifpanos, ut Philippum Andegavienfem deferent, & ad Carolum III. fe conferrent.

III. Henr. Chriftop. Werner *Mülh. Thur.*

Juvenis probus æque ac humanus, Potentiffimum Regem Sueciæ CAROLUM XII. nomine legati Batav. carmine heroico hortabatur, ut pacem faceret cum Polonis.

)o(

DISSERTATIO XII.

NUMOS DUOS





Argenteum, victoriatum scilicet, & Æreum consecrationis Vespasiani exhibens,

QUA SIMUL

Ad tres Orationes solennes XIII. Cal. Aprilis.

H. L. Q. C. Memoriter habendas

Osnabrugum doctum observanter & officiose invitatur

§. 39.

Mirabuntur multi, me de sic dicti Volkmejeri bullis & ampullis hactenus silere; sed mirari desinent, si perpendent, me olim unice ad Arnoldi volumen propterea promeritum K. & Anti ≍ posuisse, quod opus esset gangrænam indies latius serpentem in herba sua enecare, id, quod cum DEI gratia obtinuerim, nec sumtibus, nec tempore nec curis me meis impostetum folia Volckmejeriana habiturum esse digna, judicabunt; Præcipue, cum hoc hominum genus, nec verbis nec Scripturis, nec testimoniis, nec rationibus corrigi possit. Nec unquam ego tantum vidi Thrasonem aut Elihu, quam huncce Volckmejerum. Solus sibi ubique sapit & folia recitat Sibyllæ. Ipsi ego vix fungum pro cerebro habeo. Et hæc omnia ex nova, quam passim crepat Pyrgopolinices hic fluunt creatura. Sed memento mi Volckmejere Luc. 16, 9. Quid quæso de te ipso statuis? ubique, scilicet, ego a via aberro, et tu rem acu tangis. Deest mihi lectio, tu vero omnes tam veterum, quam recentiorum perforasti & devorasti Bibliothecas. Equidem Scepticis non subscribo, cum Heinsio tamen dicere non erubesco: *Quantum est quod nescimus.* Interim tamen scito me non solum integros quinque in studiis A-

R 2 cade-

cademicis olim, & præcipue Theolog. & Antiqq. consumsisse annos, sed & octo sequentes, queis ConR. & duodecim integros, queis hactenus in celeberrimis Gymnasiis Lipp. & Osnabrugensi Rectoris administravi provinciam, nocturna talia, diurnaque versasse manu, meque ni totus fallor, septem aut octo publice docendo absolvisse annos, priusquam tu, mi Volckmejere te subtraxeris ferulæ. Unde ergo tibi tanta hæc sapientia, seu potius superbia Luc. 18, 9.? Unicum in aurem; Non puto te nescire, quid tibi, [te enim esse illum, quem tum hocce splendidum opus habuisse paratum, strenæque loco, nomine ludi magistri N. offerre mihi voluisse, nullus dubito, si autem non es, ad te hæc non pertinent] tuus responderit Arnold, cum ipsi partum huncce tuum, non dicam viperinum offerres? scilicet *faceres, quæ animæ tuæ prodessent*, Er wolte s. v. den Quarck zusammen nicht einst lesen. Adeo ego novi tua arcana & quæ in scrinio tuo, aut sub mensa, aut etiam sub lecto habuisti recondita. En mi Volckmejere egregium lucribationum tuarum encomium! sed sufficiat imposterum dixisse, quod vir quidam vere pius & doctus, visis & lectis meis annotationibus dixit: *Vale Arnolde* (Volckmejere) *imposterum tecum mihi nihil erit negotii!*

Ut

Ut etiam Giessensium Theologorum decus Gerhardus adduci non potuit, ut cum Democrito Christiano Dippelio tuo, [nostri literas] manus, licet provocatus, conferret (sic ego imposterum neque te, neque Jeremiam Heraclitum Christianum tuum, aut reliquos quos habes in hoc genere socios, calamo meo & opera dignos judicaturus sum. Procul dubio proxime hæc si legeris denuo calami tui impudentia perstringes, clamore & convitio inter tuos me jactabis; sed an hæc ad animæ tuæ salutem pertineant, & spiritum pietatis oleant, judica quæso ipse. Melius sentit tuus Arnold. Malitiam tuam qui nosse cupit; inspiciat hujus Heracliti librum abs te toties in foliis tuis contra me celebratum. Rarissimum vocas Lutherum hunc ante Lutheranismum; esse talem concedo, si eo sensu vocas, quo suas Sinenses vocant barbas, ob raram, h. e. exiguam, quæ in eo reperitur, veritatem, & ad quem, si non integrum conscripsisti ipse, lutum & calcem apportasti. P. 11. Amicus hic tuus, seu ipse maleferiatus autor, B. Lutherum pro se non aliter citat, ac Diabolus pro se scripturam Matth. 4. Ethnicorum salutem asseruisse dicit hic Orestes tuus Lutherum, verbaque ejus addit:

Cicero ein weiser und fleißiger Mann/

hat viel gelitten und gethan / ich hoffe / GOtt werde Jhm und seines gleichen gnädig seyn. At optima pessime omittit, scil. quæ sequuntur; & si non habet ipse colloquia Lutheri (habuisse se autem fatetur impius Pietaster in præfatione) dic mihi, ubi lateat, & mittam ipsi, aut etiam Dissertationem primam schediasmatis mei Philogico-Critici A. M. DC. XCIV. primum Bilfeldiæ impressam & Lippiæ publice ventilatam A. M. DCXCVII. vero Osnabrugi recusam & videbis B. Lutherum se oppido quasi corrigere, & addere; Wie woll uns nicht gebühret daß gewisse zu sagen / noch zu defendiren und schliessen / sondern wir sollen beym Worte daß uns offenbahret ist / bleiben / wer glaubet und getauffet wird / wird seelig. Nec sequentia te juvant, Sed *qui semel fines verecundiæ transiit, eum oportet bene & naviter esse impudentem* ait B. hic tuus Cicero Ep. 12. l. 6. ad F. Ito tu ad cœlum, in quo Hercules cum sua clava & Cicero cum sua Tulliola! Hujus tuæ vero sententiæ fuerunt Bucanus, Latomus, Felgenhavver, Andreas Vega, Filidimus, Andradius, Pererius, Zvvinglius, Massonius, Keckermannus, Erasmus Almaricus hunc Gallus, Gvevara, Gvalterus, Gregorius de Valentia, & qui ante horum prima signa stare debebat, Eduardus Baro Herbertus de Cherbury cum Hobbesio, quibus

ta-

tamen & præcipue Baroni isti capistrum injecerunt cum aliis rigidum Musæi, Johannes & Petrus. Reliquorum horum tuorum sociorum nomina si cognoscere cupis, evolve Franc. Buddæi Exercitationem de fide naturali §. 2. & 3. Risum tenere non potui, (& quis quæso posset?) dum nuper incidi in libellum, qvem s. verus, s. lariatus autor Jacob Brile appellat den weg deß Friedens. Hujus §. 47. p. m. 62. sic se habet: Ob ein Jud/ Türck oder Heyd/ auch durch Christum seelig werden könne etc. Nur allzuviel haben diesen gebrechen/ daß sie einen jeden ausgenommen sich selbst nicht/ verurtheilen; Aber seelig ist der welcher von Niemand schlechter Meynung hat/ als von sich selbst! Man streitet unter einander/ ob die Jüden Türcken und Heyden auch von Christo Erkäntniß haben/ und durch denselben seelig werden können/ wenn sie schon niemahl davon gehöret? wenn man aber bedächte/ daß mann auff zweyerley Arth Erkäntniß von Christo haben könne/ äußerlich nemlich und innerlich/ so wäre dieser Streit nichts. Denn was ist Christus? ist Er nicht das Licht der Welt/ die höchste Weißheit/ und die wesentliche Warheit? und ist er dieses nicht so wol in der kleinen Welt/ den Menschen nemlich/ als in der grossen und was mich betrifft/ ich kenne viel Menschen in ihren Personen/ deren Nahmen ich

dennoch nicht weiß etc. Huic pacis viæ præmissa est Theosophia pnevmatica eruditi quidem at vanissimi hominis liber, cujus auctor se appellat einen Fremdling in Mensch/ der seine Lust bey JEsu Füßen hat O librum tui judicii. O delitias tui stomachi! De Pietissimo ipso aliquando prolixior ero C. D. in Historia Pietismi Westphalici. Densam Scriptorum Pietistarum & Antipietistarum nubem his jungere potuissem; Verùm cum Orthodoxophilus in elegantissima Pietismi idea idem fecerit, labore hoc supersedeo. Sed hæc hac vice in aurem tibi mi Volkmajere. Ad meliora me confero & in numorm meorum expositione progredior.

§. 39.

In familiaritatem veni Generosissimi Domini *DE LA FALLOIZE*, SRMI Ducis ac Episcopi nostri aulæ Magistri spectabilis, qui, ut ex munificentia Potentissimi Ducis Lotharingæ Regentis, pinacothecam instructissimam, sic & numophylacium habet locupletissimum. A Cæsare usque ad Valentin II. omnes possidet Imperatores, seu in majori, seu in medio, seu in minimo modulo. Imperatrices X L I I. Consulares Lxxxiii. ut alios recentiores nitidissimos taceam, habet. De Ottone ejus æreo, quid dicam, non habeo. A genuino parum di-

sta-

ſtare videtur. Humanitatem, & in hac re ſcientiam Domini hujus, ſatis deprædicare non poſſum. Celebrabunt proxime plures, ſi videbunt *Hiſtoriam DVCVM LOTHARINGIÆ ex numis* eamque Gallice, accurate & nitide conſcriptam. Nec tacendus hic mihi eſt Generoſiſſimus Dominus de *Luning in Landeck*, cujus Herois notitiam in re numaria ego ſane non ſatis verbis exprimere poſſum. Non ſolum enim ipſe numorum theſaurum habet rariſſimum, ſed & fere omnes, totius Italiæ, Galliæ, Helvetiæ Hollandiæ, Germaniæ & aliarum provinciarum pinacotheas & numophylacia perluſtravit ipſe, ingenueque fateor, nullum tempus in Weſtphalia unquam mihi fuiſſe jucundius, quam quod cum ipſo diſſerendo conſumſi. Habet duas Imperatorum ſeries, unam ex ære magno, alteram ex ære mediocri (en grand & moyen bronze) a Julio Cæſare ad Gallienum incluſive, a Gallieno autem uſque ad Arcadium & Honorium incluſive ex ære mediocri & minimo mixtum; Ex argento vere uſque ad Gallienum & Poſthumos tyrannos incluſive, Reges & Illuſtr. Romm. argenteos poſſidet v. g. Romulum, Sabinum, Ancum Martium, Servilium Brutum, Caldum, Coſ. Pompejum M. Poſthumum Albinum, Antonium, &c. &c. Lampadum gemmarum & icuncularum rariſſimarum copi-

am habet. Notitia ejus numorum & antiquitatis vel ex his patet. *Landeck d. 30. Maj. 1704. Numisma argenteum cum capite laureato absque epigraphe, cujus aversa pars columnam tribus rostris navium extantibus utrobique habet, statuaque paludata columnæ inest dextra hastam tenens, a latere dextro sceptrum, CÆSAR, idem est, quem coram conjeci Augusti nummus, qui in integerrimis a parte facie nullas, a parte columnæ vero ab una & altera ejus columnæ parte IMP. CÆSAR ut sæpius illud vidi, & Æneas Vicus in suis duodecim Imperatorum numis apud me habet, literas enim IMP. in vestro detritas, non est dubium, alias enim verbum Cæsar alias figuratum esset, vel sub, vel infra columnam, vel divisis literis ab utraque parte. Nummus hic, si ob victoriam Sexto Pompejo devicto obtentam, signatus non est, certe Antonium ad Acticum victum classe designat, de quo, cum ad hoc coram licuerit inspicere, te arbitro opinionem meam dicturus; Nec impedit, quod Galbæ nummus, ut ex Suetonio conjicis cum columna rostrata extet, (ego illam nusquam vidi) in aversa nummi facie Cæsaris cognomen*

men Galbam usurpasse vix mihi persuasero, cum is initio imperii Cæsaris cognomen nec a parte capitis signaverit ut alterius familiæ, sed ultimis imperii mensibus, quorum sex in Imperio exegit, tandem addidit. Taceo, quod facies senilis & rugosa, cum Augusti usque ad extremam ætatem pervenusti facie non conveniat. Ex allatis nummum hunc Augusto postliminio restitutum, gaudeo, magna enim animi propensione in illum feror, adeo, ut ejus argenteos decem inquisiverim integerrimos, nisi quod quinarius, cujus similem apud vos vidi, non ita sit integer ut vester cum ASIA RECEPTA. Alter argenteus, ubi GALB. legitur, familiæ Sulpitiæ consularis est ex Patino hic quantum licuit depictus (Hic depinxerat eum vir Generosissimus, ego proxime æri incisum dabo, mentionem ejus feci Diss. V. §. 27.) *Caput velatum pietatem designat, quæ velata depingitur, nam velato capite sacrificia peragebant, de quo, & si tempus superesset, dicere supersedeo, tibi nummum si edidisse libebit, ampla disserendi materia, instrumenta sacerdotalia, seu potius sacrificalia,*

ficalia, utpote secespita & securis cum simpulo in medio, quid, nisi a Sulpitio Galba Ædili Curuli peractum indicant sacrificium? De Ædilium munere historiæ veteris scientissimo ante oculos omnia. De Germanico ære mediocri, cui similem optime conservatum possideo, sciendum, quod læva scipionem cum aquila sceptro quæ surgit eburno, dextra vero nihil ferat, sed aperta militis alloquentis more, literæ apertissimæ habent, SIGNIS RECEPT. DEVICTIS GERM. *Alia facies nummi cum tua convenit. Hujus filium degenerem Cajum, Caligulam cognomento, tibi transmitto, cujus, quod rariores sunt, en eo accidit, quod nummi ejus ærei a Claudio petente senatu memoriam ejus ægre ferente, conflati, ut ex Dione constat. Hunc, cum aliis quinque quos transmitto, tuis adjungas, meæque in te observantiæ prænuncios habeas.*

De Helagabalo [de hoc d. 13. May 1704. ita scribit; Ihren schönen und rahren Helagabalum cum templo . . . . . col. Ti.... so darauff stehet / hoffe in Erizzo zu finden/ und die Inscription dem einzuschicken/ ich habe solchen nirgend in Cabinetten gesehen) & *aliis,*

alias

alias coram &c. &c. &c. Ex his Generosissimi Domini antiquitatis scientiam facile perspicimus. Et piget me nunc ejus, quod scripsi §. 36. Decad. I. Diss. VII. Nec turpe mihi fore puto, ex quo aliquoties laudatissimi Domini de la Falloize vidi numos, si subscripsero Clarissimo Domino Oleario, proque facibus ad altare §. 15. Decad. I. Diss. II. Victoriolas & templum posuero; Ipsosque gladiatores, quorum mentionem faciebam §. 30. Dec. I. per raptum Sabin. explicem. Esto & propter venustatem faciei §. 2. Decad. II. Galba Augustus & duodecimus §. 27. Diss. V. Claudii Gothici, quem præcipue h. l. nomino, quia & in eo aquila conspicitur, cum epigraphe, Consecratio, Ultimus autem § 19. Diss. III. est *Johannæ* Reginæ Hierosl. Neap. & Siciliæ, & *Caroli* de *Duras* nepotis, quem adoptaverat illa.

§. 41.

Argenteum hunc, quem cernimus, familiæ cujus sit, me latet, cum nec unica conspicitur litera; Et quis omnes Procerum Romanorum ex asse cognitas habet facies Schefferus in diss. de re vehiculari Rom. Victoriam dedi Diss. IV. Decad. I. Præter ista pauca hæc hac vice appono. Martia gens hæc inter arma summas animi quærebat delitias, gloriam puto & triumphos.

phos. Bacchum quem Janum ipſum eſſe conjicimus Aboriginum conditorem, imitabantur, triumphique antiquiſſimi autorem, venerabantur. Draconibus & tigribus vectum iſtum fuiſſe, fingebant Poëtæ. Hi niveis caballis, elephantibus, aut victis Regibus trahi ſeu currum cingi volebant. Ficorum foliis quæ ϑρία dicuntur Bacchi milites vultus ſuos operiebant, acclamitantes; Ιω θριαμβε Βακχε. Certent hic Antiquarii quis Bacchus & quantus heros hic θρίαμβος fuerit, curque Liber, Eleutherius, aut Lyæus & Lyſius nuncupatus ſit. Hoc mihi dixiſſe ſufficiat, agreſte inconditum & incultum hoc genus fuiſſe, ſylveſtre vagum & indomitum, bruta atque ſaxa, quæ legibus & juſtitiæ ſuæ ſubjecerit & ad humanitatem redegerit hic Bacchus. Se ipſum vincere ſummam eſſe victoriam, tritum atque antiquum. Adeoque ego nullum credo triumphum unquam fuiſſe majorem, quam perverſos ferorum hominum viciſſe mores. Si quis velit huncce Bacchum putare Noachum, me non habet adverſarium in Diſſ. I. Decad. I. Nec latet me Annium iſtum Doctis notum antiquitatis non penitus rudem, idem mecum ſtatuere, cum dicit, huncce, priusquam ex Armenia diſceſſerit, ſimplicem ſuos docuiſſe agriculturam, religioni potius & moribus, quam,

quam opibus & deliciis deditum; Vitis et-
iam cultum monſtraſſe, unde dictus ſit Ja-
nus [forte rectius, quam Salani ſuam Jenam
a יין aut a Gehenna aut a jehnen derivant]
de Jena vid. Chytræus & Chriſtian Chem-
nitius in præfat Hiſt. Eccleſ. Stige-
lius in Hiſt. Introduct. Academiæ Jenenſ.
in eleganti epiſtola ad Marium Siculum,
nec non Adrian. Baier in Syllabo Recto-
rum & Profeſſorum Jenenſium, quibus ad-
dantur Vitæ Profeſſorum Theol. Jenenſ.
Iviſſe in Arabiam, in Africam, in Hiſpani-
am, & tandem veniſſe ad Italos, aſſerit. In
quibus quid nugarum ſit, non video, præ-
cipue, cum primorum hominum, patrum
& heroum fuerit hæc conſuetudo, terras
circumire, agros & fertilitatem earum in-
ſpicere, poſteros ſe dignos promovere, in-
dignos ejicere, & his confectis, cum pom-
pa triumphali redire, præcipue cum hæc
omnia pro communi ſalute ſuſciperentur.
Nec de quinque millibus uno prælio in-
terfectis tunc cogitabant; non enim nu-
mero occiſorum hoſtium, ſed conſervato-
rum ſuorum civium ſuam metiebantur vi-
ctoriam, Martiam Rom. vocavi gentem. La-
tro hic Romulus & patricida ſtupro gau-
debat & raptu, nec Quirinus hic facile ali-
us eſſe poterat, quam talis, in quo patris
virtus. Ex quo vero ſuccedentibus viris
& prin-

& principibus non armorum solum sed & æquitatis & legum studiosis Romæ Mars gradivus non sine disciplina & ordine tendebat ad victoriam, nec dum catenæ circum currum strepebant, aut Zenobiæ nudis pedibus ebur & aurum illud comitabantur, triumphus suo, h. e. justo niti videbatur fundamento. Postea autem vanam gloriam ubique apud eos imperasse, pleraque loquuntur volumina. Sine luctu & nece nunquam Romæ visa tunc fuit victoria. Lacera corpora, truncos artus, putres virorum equorumque formas, infectam tabo humum, protritas fruges & arbores, hortos & agros devastatos, ipse Romanarum rerum egregius autor notat Tacitus l. 2. hist. C. 70. Oleat bene Vitellio hostis, & melius civis. Incruentam victoriam ego puto esse optimam, ni injuriam finibus, existimationi, saluti & vitæ nostræ illatam repellamus. Reliqua, quæ ad victoriam R. pertinent, dabit ex multis aliis Lazius l. 9. c. 3. p. m. 671. & 761. Victoriatum, quod attinet ipsum primum lege Clodia percussum ex Illyrico adjectum mercisque loco cum Daricis Philippis tetradrachmis & siclis habitam docet me Plinius l. 33. c. 3. Varro autem l. 8. & 9. de L. L. & Cicer. pro M. Fontejo nec non Tertullianus de virgg. velandis pluribus illustrant.

§. 42.

§. 42.

Æreus, quem exhibeo consecrationis s. *ἀποθεώσιος* est. Romanorum consecrandi ritum legimus apud Dionem l. 6. & Herodian. l. 4. c. 2. Nulla fere orbis terrarum gens a diluvio fuit, quæ non modo suos post suprema fata Heroas & Principes consecraverit, aut ad divos retulerit. Unde & ipsa idololatriæ origo & loquendi formulæ; *Ad astra referre, sublimi vertice ferire sidera &c. &c.* Unde & stellæ in media ætate numis adjectæ fuerunt. Veteres Græci Heroum suorum nomina Minervæ peplo intexebant; Germani *Mannum & Tuisconem* venerabantur. Et licet literarum rudes, carminibus tamen hosce gentis suæ conditores celebrabant, divinumque genus canebant, quibus admodum delectatum fuisse Carolum M. suaque manu descripsisse & memoriæ mandasse, refert Eginhardus in vita Caroli M. Ipsi Romani A. V. C. suos in cœlo legi volebant, Romulus ipse, ex quo ad capræ paludem victis Vejentibus exercitum lustraverat, *Victor de viris illustrib. c. 1. p. 46.* & reliquis rebus ordinatis concionem habuerat, *Flor. c. 1. p. m. 4.* subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque denso Regem operuit nimbo *Liv. l. 1. c. 16. p. m. 17. s. Messala* ait, subito turbine & imbre lumine solis adempto inter fulgura

S obstre-

obstrepentia cœli ereptus, è conspectu ablatus *Florus l. c.* nusquam apparuit. *Messala c. 13.* nec deinde in terris fuit *Liv. c.* Unde inter Patres & populum seditio orta *Victor l. c. p. 46.* manavit fama, sed per obscura, discerptum Regem Patrum manibus *Liv. c. l.* discerptum a Senatu putabant *Flor. l. c.* Sed oborta tempestas solisque defectio Consecrationis speciem præbuit, cui mox Proculus Julius fidem fecit. *Flor. l. c.* & jurejurando confirmavit, *Victor* Romulum a se in colle Quirinali visum augustiori forma, quam fuisset *Flor. l. c.* aut ut *Livius* ait: *Romulus prima hodierna luce cœlo repente delapsus, se mihi obvium dedit inquiens: Abi, nuncia Romanis, cœlestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit, proinde virtutem & rem militarem colant &c.* Autoritati Proculi creditum, & Romulus ad Deos transiisse creditus, *Eutrop. l. 1.* factaque fide immortalitatis lenitum est desiderium Romuli apud plebem & exercitum *Liv. l. c.* CONSECRATUSQUE est Romulus; *Eutrop. l. c.* ædesque in colle Quirinali ipsi constituta, & pro Deo cultus est, *Victor. l. c.* ex quo regnaverat annos XXXVII., menses II. dies XVIII. *Solin. Polyhist. c. 11. p. 11. v. 37. Onuphr. Fast. l. 2. p. 1.* Pleraque ad consecrationem pertinentia, egregie exponit L. henstein in aureo Arminio p. 1. l. 4. si m. 343. seqq.; Parte II. autem l. ; p. m. 97 ;.

Au-

Augusti *consecrationem* splendide sistit. Conf. de hoc argumento libros tres Ἀποθεώσεως tam exterarum gentium quam Rom. Deorum Pictorii, Basil. in 8. 1558; & Dissertationem eruditam Christ. Grübelii, t. t. Fac. Phil. Jen. Adjuncti primarii, post vero Pro-Rectoris Archi Gymnasii Tremoniensis, & ex hoc Rectoris Illustr. Gymnas. Osnabrugensis; hodie ad clavum Gymnasii Mindensis sedentis, in qua pleraque consecrationem attinentia absolvuntur, præcipue autem §. 1. c. 6. autores hujus materiæ illustres recensentur. Clarissimus Reiskius, ex Lyceo Luneburg. ad cathedram scholæ Gvelpherbytanæ vocatus, Aquilam Christianæ apotheoseos symbolum Serenissimæ Principi ac Dominæ CHRISTINÆ SOPHIÆ Duci Br. & Lun. hujusque manibus beatissimis ante paucos annos dicavit, quam & exhibet numus in honorem hujus cusus, adeo, ut præterea, quæ ipse ego §. 20. Diss. III. Decad. I. notavi, aliud nunc addere non velim, nisi hoc, quod plane novum consecrandi modum exhibuerit Erhardus Weigelius Anno 1684. im Europæischen Wapen-Himmel. Sed missis his, ad eos, quorum gratia hæc in hanc chartam conjeceram, me nunc conferebam, sc. oratores meos, ex cathedra auditorii nostri præcipui tunc dicentes: Prodibat ergo

1. Johan Michael HERR/Thuringus. (A Thoro idolo dici Thuringos, volunt collocutores menstrui & Sagittarius. Aliter sentit Winckelmannus im gründlichen Unterricht vom Uhrsprung und Aufkunfft der Thüringer/si statuit dici tales, a Dora urbe Peloponnesi & a Doriensibus, qui duce suo Hercule seu Arckle unde der Arklen Stein in agro Tecklenburgensi, per Galliam in Belgium primum migrarunt, Dordracum condiderunt, deinde vero a Cimbris expulsi ad Werram & Salam fluvios, se contulerunt, quod rationibus & testimoniis egregiis satis probat senex venerabilis & de antiquitate Germanica optime meritus Bremæ 1694. in 8. Et memini me pariter olim publice de dialecto Thuringorum & Brunsvicensium differentem idem demonstrasse. Reliqua Thuringiam illustrantia, seu etiam huc pertinentia evolvi possunt apud Cyriacum Spangenbergium, ex Rectore Decanum Mansfeldicum factum, at Flacianum, in Chronico; Marcum Wagnerum Strigelii famulum in

com-

compendio antiqq. Thuringicarum; Petrum Albinum de Thuringorum etymo & origine, Matthæum Ratzenbergum, Rivandrum s. Bachmann/ Bangium, Bechererum ex Rectore Mülhusino factum Pastorem Windbergensem, & ex hoc rursus Rectorem ejusdem Lycei Mühlhusini, Sagittarium in Antiqq. Thuringiæ ut & in gentilismo & Christianismo ejusdem; Wilckium in orat. 24. p. m. 62. editionis Hessianæ, Georgium Gœzium & Adamum Köchlerum de Cataclysmo Thuringico, & autorem Voluminis Germanici, Merckwürdige und außerlesene Geschichte von Thüringen/ nec non quæ hactenus de patria sua edidit Clarissimus Dominus Olearius Pastor & Bibliothecarius Arnstadiensis: Quibus non postponendi sunt Tenzelius & Schlegelius viri celeberrimi, qui in eruendis patriæ antiquitatibus nec labori nec sumtibus parcunt. Origines conversionis & res gestas Imperialis Mülhusæ ante biennium Wittebergæ, præside celeberrimo Schurtzfleischio re-

S 3 cen-

censebat Christ. Gvil. Volland Mülhusinus, qui d. 15. Mart. 1704. de sacris Mülhusinis disputavit ibidem. Multa habet lectu digna & jucunda, potuissem ego ex MScto authentico quæ ad Reformationem spectant, & ex epistolis Helmboldum Superint. inter & Huberum & Hunnium, ad Huberianismum quod attinet, permutatis, non pauca suppeditare; sed forte is eadem hæc vulgabit, qui, si commodum fuerit, Historiam Pietismi Westphalici editurus est:) & Augustissimum LEOPOLDUM cum Cæsare AUGUSTO carmine heroico comparabat;

II. Christoph. Henr. Meyer Offel Rav. (Meyerorum, seu quod rectius, Majerorum, nomen, ut in universa Germania, sic præcipue in Westphalia frequentissimum & clarissimum est. Præfectum autem, sive talem qui Dominium & munus habet, notat. Theutomeier patrem & Walemeier Diedrichs von Bern avum fuisse dictum, refert Gottfried in Chron. p. m. 405. Hinc & Giselmarus, h. e. Gesellenmey-

er/

er/ f. Comitis Præfectus, quales, adhuc hodie sunt in diœcesi Paderbornensi quatuor columnæ, f. Edle Meyer/ v. g. Stapel, Brencken, Krevet, Haxthausen (unde & forte nobile nomen derer von Meyersen/ in Comitatu Tecklenb.) In comitatu Lippiensi reliquis longe præferuntur die Amtmaier. Nec veteribus hoc nomen ignotum erat. Sic celebratur Viridomarus sive Britomarus der Wehrtmaier / Baldomirus, der Waldmaier / Cinismarus, der Zinßmaier/ Vidimarus der Wint-seu Wiemaier/ Ditmarus, f. Thietmarus der Gottesmaier / qui curat Deo & Divis consecrata, Vollmarus der Vollmaier / Ricimarus, der Rick-maier/ Marcomarus f. Marcomirus der Grentz-maier &c. &c. Hodie nobis nota sunt nomina; Bodmaier/ Bönckemaier/ Brüggemaier/ Brockmaier/ Cammermaier / Cappmaier / Clapmaier/ Callmaier/Dreckmaier/Hagemaier/ Havkemaier/ Hacßelmaier/Kirchmaier/K omeier/Klopmaier/ Lohmaier/ Mormaier/ Nothmaier/Obermaier/

 Rein-

Reinckemaier / Rittmaier / Schildmaier / Steinmaier / Schol- seu Schulmaier / Schmidmaier / Sterlmaier / Sutmaier / Springmaier / Tegetmaier / Thulemeier / Varmaier / Vinnemaier / Vortmaier / Maierhoff / Maiersteck / Maierrichter / &c. &c. Conf. Gorop. Becan. l. 2. Gigantomach. Gallorum, qui per le Maire du Palais Comitem Palatinum intelligit, nos vocaremus Haußmaier / ducem Celtiberorum Megaram qui contra Pompejum arma sumsit, Reinesius in tract. de Deo Endevellico interpretatur Maier. Adde Gryphiandrum de Weichbild Saxon. c. 8. n, 13. De Majerorum judicio, vid. Speidelii notabilia in lit. M. p. m. 642. Verporum Mejeri huc non pertinent, aliunde enim derivandi sunt, quamvis multi eorum ita appellari ament, queis tamen ante annos aliquot non levem inussit maculam maledictus iste Jonas. Nec huc referri debent die Entenmaier / sive imperiti Advocati & ad pervertendam justitiam facti, quos sale fricat laudatus Speidelius in Notabilibus

Juri-

Juridico-Hiſtorico-Politicis lit. E, p. m. 233. aut etiam Thuringorum Bürke-maier/) Noſter MAJER / qui pietatem rebus omnibus anteponebat, & quem ipſæ amabant Muſæ, Potentiſſimam ANNAM, Magnæ Britanniæ Franciæ & Hiberniæ Reginam, cum ELISABETHA Magna Angliæ R. comparabat.

111 Johan Juſtus Thile, Mindenſis. (Mindam dum nomino, urbem Weſtphaliæ inclytam ac pervetuſtam dico. Nomen an dederit Wedekindus, diſpiciant alii Conſ. Kranz. Metrop. l. 1. p. m. q. & Werdenhagen part. 4. Rerum II. Hanſeaticarum cap. 7. p. m. 994. Tamerlane Bajazethum circumducente, & e vita migrante Alberto Archiepiſcopo Magdeburgenſi, Mindenſes pontem ſuum e maximis ſaxorum molibus firmarunt ſupra Viſurgim. Mirabilis in Hiſpania pons Anatis de quo Lanſius pro Hiſpan. p. m. 57. videri poteſt; Mirantur ſuum unius arcus Rialto Veneti. Stupendus eſt ille, in quo extruendo in provincia Chinæ Xenſi

multa centena hominum millia desudarunt, qui tantæ est altitudinis, ut voraginis fundum vix aspicere audeas; nec minori admiratione pons volans in eadem provincia unius arcus pariter dignus est, longitudo quadringentorum cubitorum est; (Similem habet Gallia prope Nemausam, non tamen sine arcu cum tribus insuper contignationibus, quem Pont du Gardon vocant) Ferreum offendis in provincia Chinæ Junnam, nempe ex utraque montium parte firmati, sunt hamis & uncis crassissimarum catenarum annuli. Kirch. in Chin. illust. p. m. 215. Solidus erat, quem faciebat Hannibal ex cæsorum cadaveribus in torrenti Vergello teste Sarisbur. de nugg. Curial. l. 5. c. 10. p. m. 151. Mindensis, licet non sit Londinensis, in Germania tamen paucis cedit. Notæ optimæ est cerevisia quæ hic coquitur, & vix in universa Westphalia, non dicam Hollandia est urbs, quæ hanc non publice vendat. Pinguem olim coquebant nostrates quam Büse vocabant, quæ in vicinis locis non ingratum exhi-

bebat

bebat potionis usum præ reliquo ejus generis uti dictus loquitur Werdenhagen l. c. p. 959. Lupulo abstinuisse veteres, docent colloquia menstrua A. 1691. mens. Maj. p. m. 34. Add. Jul. 1690. p. m. Plura vide apud Schoockium de cerevisiis, Joh. Henr. Meibomium de cerevisiis & Abrahamum Wernerum de cerevisia Germanorum) Mindensis hic noster juvenis, cui ex meliori luto ficta erant præcordia, bene moratus & doctus FRIDERICUM sapientem Regem Borussiæ, cum SALOMONE Regum sapientissimo comparabat, pro cujus salute preces & vota faciebat, ex quo obitum beatissimæ Reginæ lacrymaverat.

)o(

DIS-

DISSERTATIO XIII.

NVMOS DVOS



Argenteum familiæ Fontejæ scilicet, & æreum Titi exhibens,

Quæ simul

Ad tres Orationes solennes V. Cal. Sept.

H. L. Q. C. memoriter habendas

Osnabrugum doctum observanter & officiose invitabatur.

§. 43.

Quæstio erat nuper Nobilissimum Dominum Eggelingium ex literarum cum Illustri Patino commercio, & ex insigni antiquitatis numariæ peritia virum celeberrimum inter & me, de Varo, quem lacrumat Horatius l. 1. Od. 24. Putabam ego cum Calepino in voce Varus, Sleidano in de IV. S. J. p. m. 39, Gassendo in vita Epicuri l. 2. p. m. 72. Quintilium illum libidinosum ac superbum, Ducem velitem, qui Germanorum violentiam virgis & præconum voce cohiberi posse putabat, & propter cujus cladem J. O. M. Augustus magnos ludos vovebat, perque continuos menses barba capilloque submisso caput interdum foribus illidebat, vociferans: Quintili Vare, redde mihi legiones, deque cujus viperis ego in peculiari programmate, quod pro JCtis & Medicis A. MDCXCIII. scripsi, egi, flere Poëtam, & ad ejus tumulum, quem non apud Rhætiæ Augustam, ut sentit Otto Frisingensis l. 3. c. 4. Urspergensis (conf. Statuam Harminii W. c. 3. p. m. 12.) neque prope Moguntiam, quod videtur Æn. Sylvio, sed in Lippiæ Comitatu, haud procul Teutoburgensi saltu cum Consultissimo D. Wasserbachio Fautore certissimo c. 2. p. m. 8. seqq. l. c. quærendam esse statuo, lacrumas profudisse Venusi-

nusinum, suspiria misisse Maronem; At putabam ego, quod mecum hactenus non pauci, iique in historia non velites senserunt; Sed lubentes mentem mecum mutabunt, si ex Dione & Bucholzero monstratum ἀναχρονισμὸν observabunt. Seu enim juxta Dionem Varus A. Aug. LII. juxta Bucholzerum L. I. legiones amiserit, certum tamen est, ante hanc cladem utrumque obiisse Poëtam; Horatium quidem Coss. M. Censorino & Asinio Gallo A. A. XXXV (teste Eusebio) Virgilium A. A. XXXIV. vitam cum morte commutasse. Necesse itaque est alium Varum, carum nempe Virgilii caput, utriusque Poëtæ contubernalem Cremonensem & amicum præcipuum a Lyra Ausania cani.

§. 44.

I. Argenteus & bifrons est. Eundem exhibet nobis Thesaurus rariss. numismatum Snabelianus p. m. 19. nec non Thesaurus numismatum Nicolaianorum p. 19. Faciem geminam in antiquissimis etiam numis non esse infrequentem, vel ex Ptolomæi & Arsinoes aureo, vel ex Rufi argenteo, & ipso hoc nostro &c. constat.

Castoris & Pollucis cernimus faciem, eamque radiatam (Antonii propter triremem, & Cleopatræ putabam olim, pro *MF ANT.* legens) At cogitationes posteriores

ut

ut plurimum meliores esse prioribus, quis negabit? Bene laudatissimus Eggelingius in epistola Bremæ xvi. Cal. Maj. MDCCV ad me exarata: *Vellem ego vobiscum essem! Non ambigo, quin exiguo temporis spatio meam circa distinguenda æra ab lupinis quadraginta & quod excurrit annorum experientia acquisitam cognitionem vobis cum fructu communicarem, hæc etenim licet haud pauci de ea regulas & institutiones perscribere conati sint, non tamen nisi per αὐτοψίαν comparatur.* Ceterum gemellis his & eorum signis bonum eventum adscripsisse vetustatem, ex Actorum 28, 11. discimus. Mare piratis liberaverant olim, nec indigni, quibus honor deferretur. Διόσκυροι h. e. Διὸς κοῦροι appellantur Jovis hi & Ledæ filii, adeo invicem se amantes, ut nec de principatu contenderent. Habuimus & hoc nostro ævo tales Διοσκύρους RUDOLPHUM AUGUSTUM & ANTONIUM ULRICUM fratres Gvelphicos SRMOS puto. Horum in splendido, quatuor, quem possideo, unciarum numo, geminam conspicimus faciem, a f. junctas dexteras cum inscriptione; *Dulce est fratres habitare in unum.* Origines celsissimas dissertatione historica ad hunc pandebant Casp. Sagittarius & Petrus Floto, Fautor colendus, apud Beveranos hodie Præfectus spectatissimus. Easdem frontes Serenissimorum Dioscurorum

rum horum exhibet uncialis A. 1695. incusus, in cujus facie aversa geminum fulcrum, quod vexillis, clypeis & armis circumdatum, at una mitra Ducali tegitur, adjecto lemmate; *Duobus fulcris securior*, conspicitur. Pollucem Castori concessisse dimidiam vitam, fingit. Homerus. Quod si potuisset Serenissimo Fratri Serenissimus Frater, profecto fecisset.

Stellas conspicimus ad frontes duas, infra unam, quam Helenam sororem putabis, infaustum nautis sydus, quod ex physica & Plinio patet. Consecrationis symbola mihi h. l. sunt. Stellam crinitam esse ipsam animam Cæsaris in cœlum recepti, credula plebs putabat apud Sueton. c. 88. in Jul. C. Quemadmodum & capiti statuæ Julii in foro positæ Augustus adjecit stellam, sicut & in Cæsaris nummis & quidem ad frontem non raro conspiciuntur stellæ. Quo vero referri non debet illud Poëtæ Eclog. IX. Ecce Dionæi &c. Leonem enim Julii sydus notat.

Familiæ hic noster est *Fonteja*, & quidem Romæ quondam satis splendidæ. Clarent enim *Cn. Fontejus* Crassus, qui in Hispania felicissime cum tribus millibus hominum incipiente nocte, quo tempore minime expectabatur, per stationes hostium erupit, Frontinus l. 1. Stratag. c. 5. *Manius*

Fontejus

Fontejus (gentem Fontejam tantum tribus prænominibus usam esse, Publio, Cajo & Manio, putat Gothofredus in notis ad orat. Cic. XI. p. m. 303.] quem repetundarum reum accusabat M. Pletorius, defendebat Cicero Oratione cit. in qua etiam Oratione mentionem injicit sororis Fontei Vestalis.

Monogramma appositum est *MF.* More antiquissimo in numis scripta conspicimus monogrammata. Non de Judæorum ראשי תיבות aut etiam signaturis, queis præcipue in extinguendis incendiis utuntur אגלא & quod Aghela [h. e. אתה גבור לעולם ארוני Tu foris in æternum Domine) appellant. Alium extinguendi ritum docet Tenzel l. 3. colloq. mens. A. MDCXCI. p. m. 266. Neque de Græcorum abbreviaturis hic agam, nec Svecorum priscorum in numis Amundi Anno C. 1019. Philippi 1080. Ragwaldi, 1130. J. Schvercheri 1138 &c &c. frequentes hic recensebo, Conf. Valerius de interpretandis Romanorum literis, civiumque Romanorum nominibus cum notis Ernestii, Soræ 1647. in 4. dummodo notavero, longe ante Margretam Danicam tres coronas fuisse regni Sveonici propria ac peculiaria insignia, sed sufficiat verbo tetigisse Latinos & Germanos. Ex numis conspicuæ sunt abbreviationes;

VIII. M. A. A. A. F. F, COS. DES. &c. &c. [de quibus Feneſtella Patinus, Struve &c. prolixius) & in ſexcentis lapidibus D. N. M. Q. E. &c. Ad Germanos præcipue referimus monogramma ſplendidum in numo CAROLI M. quem habet Generoſiſſimus Dominus de la Falloize, & qualem depictum nuper mihi miſit Ill. Dn. de Lüning cum literis in limbo METVLLO. Eſt mihi Bibliotheca Floriacenſis vetus Benedictina, opera Johannis a Boſco Antiquariorum uſui expoſita, quæ varia, eaque curioſa exhibet monogrammata, v. g. Alexandri II. Eugenii III. p. p. aut etiam talia, in quorum uno XIII aut XV. continentur nomina propria, inter quæ nitidum eſt Aymnoii Floriacenſis. Meibomius in Apologia pro Ottone IV. f. p. m. 517. duplex Ottonis annexuit, unum, quo, poſtquam coronam ſumſerat Aquiſgranenſem, alterum, quo, ex quo unctus, uſus. Idem etiam in Erectione Ducatus Holſatiæ Friderici III. appoſuit: Extat Monogramma in capite Calendarii veteris ſub Conſtantio Imperatore editi, quod illuſtravit Henr. Leonh. Schurtzfleiſch, ex Petavio vero, Büchero & Lambecio de eodem brevem diſquiſitionem, quam recenſent Nova literaria Germ. p. m. 333. p. 704, ſcripſit M. M. B.

Triremem exhibet Fontejanus noſter.

Da

De navibus & re nautica alibi actum fuit. Hac vice dixisse sufficiat, in nummis antiquissimis frequenter conspici naves. De Numis Jani ratitis Celeberrimus Wedelius A. MDCXCIII. egit in peculiari dissertatione. Ante Alexandrum Demetrii Poliorcetæ navem habet cum victoria. Vid. Reineccium de familiis III. Monarchiarum p. m. 105. Hodie inter summos Principes & Respl. ita convenit, ut minores ad majorum concursum aplustre contrahant, quod vocant Streichen / Ahasv. Fritsch. in Supplemento Speidelio-Besoldiano in voce Seegelstreichen vocat, vela deprimere, provocatque ad Strauchii Dissertationem de imperio maris, &c. Fieri autem ait, duplici modo, quando vel superior pars mali dejicitur, es wird im Mittelmast die oberste Flagge ein wenig herunter gelaßen / aut ad majorem reverentiam contestandum wird der Toppseegel halb herunter gelaßen. Add. Styppmann, de jure marit. & navali part. 5. n. 21. &c. quod non nudius tertius demum introductum esse, ex Lipsii Electorum l. 1. p. m. 613. & 614. discimus, ubi ex Appiani l. 5. Civilium docet Domitii & Ænobarbi prætorias naves casu sibi obvias signa deposuisse, & lictores in prora ad speciem imperii stetisse; quemadmodum & populi gratiam capturi submittere solebant fasces,

& deponere secures. De Veterum navibus plura scire cupienti ex asse satisfaciet Lohenstein in Armin. part. 1. l. 2. a pag. 111. ad p. 132.

§. 45.

II. IMP. T. CÆS. VESP. AUG. P. M. TR. PPP. COS. VIII. Spurium putabis forsan esse; at genuinum, si inspicies & pondus examinabis, esse fateberis cum peritissimis. Est mihi Vesp. patris eandem habens faciem aversam egregius, majoris & medii moduli, at non sine ærugine nobili. In captam & subactam Judæam cusum esse, loquuntur omnia quæ cernis. Idem hic a viris doctissimis v. g. Lazio in Comm. Reipubl. R. p. m. 677. & Reverendissimo Schmidio in Schediasmate de Numis cathedratis p. ultima exhibitus est, qui de ectypis quædam monet, quemadmodum & ego monendos esse puto, qui uncialem Christiani D. B. & L. ex Liborii loculo factum sæpe summo pretio a verpis sibi comparant, ne erva putent lupinos. De nostro pariter egit Freherus Differt. de numismate census. p. m. 387, adeo ut post Maronem Æneida scribere videar. Interim tamen, ne penitus ἀσύμβολοι sim, præcipue cum in Judæa exponenda palmam mihi dudum præripuerint alii Titique res gestæ & virtutes pueris sint notæ, nota: Sedet

dat Judæa propter reverentiam sexus, cum in aliis vincti & captivi trahantur; lævam innixam genu supra caput tollit, securitatem notaret hoc alibi, hoc loco vero summum mœrorem indicat. Sub palma sedet. Palmam Judææ symbolum esse novimus, abundabat enim provincia palmis, unde toties in sacro codice palmarum, nec non quater לעיר תמרים fit mentio. Foliorum usum in sacris ex Lev. 23. & Ezechiele passim discimus. De ramorum usu vide Lightfoot in Matth. xxi. p. m. 228. Johan. xii. p. m. 676. Nec solum palma Judææ symbolum, sed & victoriæ fuisse signum constat. At utrumque respexisse monetarium mihi videtur, quemadmodum nec solam Judæam, sed & Italiam & Græciam & Cyprum & Arabiam & Ægyptum, præcipue autem terram Babylonicam palmis abundare constat. Victoriæ non raro signum esse palmam, numus Augusti testatur, in quo ad palmam ligatus crocodilus devictam Ægyptum notat; ut de palmis Julii & Augusti miraculosis, victoriam utrique portendentibus nunc nihil dicam. De Judæis observa; perperam eos a Prospero l. 5 promiss. c. ult. dici quasi jus Dei & male ab Ambrosio in cap. I. ad Rom. a Juda Machabæo dici Judæam. Nec ego subscribere possum iis, qui putant ante solutam capti-

 vita-

vitatem Judæos Judæos non fuisse dictos. Si de universa gente intelligunt, ferre possum, at Judæ posteros etiam ante captivitatem Judæos appellatos fuisse constat, ex 1. Reg. 23, 3. & 2. Reg. 16, 6. & c. 25, 25. De Decem tribubus an adhuc sint superstites, vid. Hülsem. de nat. V. & N. T. c. 15. §. 12. & 13. Blunt. in Itin. Orient. part. 1. p. 134. Calixtus de pactis Dei & hominum §. 104. Ludolf in Catalogo mihi MSCto Regum Habiss. cum notis not. 5. Adde commentarium ejus ad historiam Æthiopicam num. 68. p. m. 132. Hic ipse Ludolphus l. c. p. m. 198. in Dembea & Samea Abissiniæ post templi destructionem suo jure fructos esse Judæos docet. Tribus jam penitus esse confusas fatentur candidiores, & rident eos, qui se ex tribu Benjamin, Messiamque Lusitanum fore credunt. Quam vellem saperent, & cum Lyrano, Margarita, Burgensi, de Sancta fide, Wolffio, Gersone, Ottone, Zarfosso, Christiano &c. &c. &c. nugari desinerent, quo nobiscum tandem cameræ Imperialis servi hi olim in Abrahæ gremium reciperentur. Faxit!

Constantinum AUG. P. P. F. PP. elegeram, & meis vice hac celebrandum commendaveram. Dicis; quis ipsum laudabit, quem hactenus nemo

vitu-

vituperavit? Ex bonis & piis quidem, quantum ego memini, fecit nemo: Fecit tamen Zosimus paganus, & Christiani nominis infensissimus hostis, homo mordax & procax, qui non solum Constantinum sed & alios eosque optimos Principes crebro mendaci calamo perstrinxit. Transtulit eum latine græcæ linguæ peritissimus Joh. Leunclavius Nobilis Angrivaricus. At eundem modulum calceos fecit Procopius Sophista, qui optimum Justinianum & piam Theodoram Augustam plus quam satyrice exagitat. Zosimo delectatur admodum Arnoldus in historia sua, qui quicquid convitiorum comportare potuit, in pium Constantinum evomit.

Prodibat ergo

1. Henrich Michael Geyer *Thuringus.*

(Geyerorum nomen dudum satis illustre factum est. Quis nescit Martinum istum, statura quidem parvum, at animo judicio & sapientia maximum, in

aula Dresdensi & universa Ecclesia Electorali Saxonica Præsulem primarium? Qui nescit ingenii vires & dotes, inspiciat notas in Ecclesiasten & Proverbia, commentarium in Psalmos duobus tomis olim, hodie uno constantem & aureum libellum de luctu Ebræorum &c, &c. M. Joh. Christian Geier spem faciebat doctis, in filio patrem, h. e. in Christiano Martinum fore majorem, at in herba mature nimis suffocabatur, a morte vix quatuor lustra habens abreptus. Hic MDCLXXXIII. suis sumtibus Lipsiæ in convictorio publico, pauperum studiosorum studia promoturus, mensam propriis ordinabat sumtibus. Memoriam B. Christiani oratione publica d. 3. Martii labentis celebrabat Christianus Schmidius Stolberg. Misn. alumnorum Geierorum senior. Hæc mensa, licet nec citrea, nec acerna, nec lamina argentea intecta, quam nec pes eburneus fabrefactus seu in pardi, seu in leonis modum sustinet, sed ex simplici ligno, rudis, tripes aut quadru-

drupes sit, Deo tamen longe suaviorem esse puto, quam deliciis assuetis & mollibus hospitibus quondam linguæ phœnicopterorum pavonum cerebrum, unguenta atque rosæ &c.

Grande ebur & magno sublimis pardus hiatu.

Statura Michael noster non adeo magna est, scil. imitatur in hoc Martinum, quis non speraret & in reliquis ipsum imitaturum esse?) Laudabat Constantinum M. carmine Germanico, quod non facile ipsa Calliope aversaretur, Imperatorem pium, fortem, felicem, & præcipue Christianorum asylum fuisse demonstrabat. De crucis signo a Constantino conspecto, peculiarem Dissertationem scripsit Nicol. Baringius; cui addi potest Andr. Ritter in Disp. I. de vestibus Clericorum crucis figura notatis, & Daniel Gvilielm. Moller Altdorff. in peculiari Dissert. de Constantini labaro. Ex honesto toro prodiisse Constantinum hunc pluribus demonstrat Paullini in den Philosophischen Lust-

Stunden part. 2. c. 39. p. m. 305. Add. Schurtzfleiſch, in Diſp. ad Hiſt. Conſtantini M.

2. Johan. Juſtus Hering *Göttingenſis*.

(Nec Heringorum nomen Geierorum cedit. In celebritate enim verſantur Antonius & Johannes JCti, iſte quidem de Fidejuſſoribus ſplendidum edidit volumen. A. 1606; Hic vero de molendinis docte ſcripſit; extat & ejusdem tractatus de Tobia ſeniore & juniore A. 1642. in lucem editus. Amicum vocat Caſpar Barthius qui & libellum ejusdem non invenuſtum de citatione in vallem Joſaphat commendat. Honorius Heringius Medicus de podagra & arthritide ſcripſit A. 1639. Juſtus Daniel Hering Diaconus ad S. Sebaldi Noriberg. obiit. Chriſtoph Hering opuſcula quædam ad Oeconomiam facientia edidit. Noſter hac vice quid convitia poſſint, monſtrabat ſi contra Conſtantinum inſurgebat, & pede ſoluto latina verba faciebat.

3. Joachi-

3. Joachimus Gerhardus Gœze *Noſtras.*

(Gœziorum Mulhuſinorum nomen, aliquot licet ſeculorum ipſe ſi celebrarem, naſo ſuſpenſo vix indignus forem. Interim nemo mihi vitio vertet ſi nominavero Joachimum Gœzium Brunſuicenſem, ex ſacris carminibus clariſſimum, Joachimus hic interfuit Concilio Tridentino, quemadmodum de eo ita Lohmeierus cap. 13. de Bibliothecis p. 327. Cum aliquando Tridenti Joachim Gœze, J. U. D. & legatus Erici D. B. & L. cœnaret cum quibusdam Cardinalibus, unus eorum faſſus fuit, ſe Martinum Chemnitium omnibus Germanorum Theologis præferre. Alius Joachimus Gœze pro re militari dicebat VVittebergae præſide Melchiore Junio. Præſide eodem Sigismund a Gœzen Nobilis Marchiacus, de notis ac conditionibus Principis orationem habebat. VVolffgang Gœze A. 1656. Altdorffi diſputabat, & Joh. Bernh. Gœze Anno 1695. in Schola Gvelpherbytana Conrecto-

rectoris sparta fungebatur. Magnus vero Christierni Regis Daniæ erat Archimareschallus. Joh. Sebastian Gœze A. 1678. VVittenbergæ disputabat de osculo filii ex Psalm 2. A. 1708. Daniel Gœze Stolberga Misnicus publico examini sistebat Lipsiæ Filios Levitarum Münster im 35. Thurnier p. m. 1261. Cosmographiæ, Göß von Walmersdorff/ Ritter/ & p. 263. Heinß Dürriegel für ein Gößmann. A. 1711. inter nobiles pueros comitatus Legati Imp. Josephi ad portam Ottomannicam erat, Gœz. Gœsius quidam Autores edidit rei agrariæ ac leges cum antiquitatibus agrariis & Rigaltii glossario cum figg. in 4. Et quem tandem latet Antistes clarissimus Halberstadiensis ille? Georgium Gœzium Thuringum, vah quantum virum! in quo Suada, quid possit, uberrime demonstravit, quique ex solidissimis literarum monumentis v. g. de voto, de גואל הדם seu Redemptore Ebræorum, ut & præceptis homileticis, quibus nuper Altdorfi præmisit

Syno-

Synopsin Johan Michael Langius Teol: Doctor, orationibus funeribus, meditationibus hymnorum & ex incomparabili experientia Theologica, ex quo jactatus, non quidem terra & alto, sed mille casibus, dudum inclaruit; Petrus Gœzius Grobovienfis Megapolitanus Archiater & Comes Palatinus Cæsareus apud Roftochienfes hodie in celebritate verfatur; D. Georgius Heinrich Gœze Lipfienfis, amicus quondam in alma Philyrea fuaviffimus, Superintendens olim apud Annæbergenfes, hodie Lubecenfes digniffimus, ex permultis iisque rariffimis, quæ hactenus edidit, fcriptis, & propter eloquentiam acceptiffimam, reliquis tandem herbam præripiet. Fratrem hic habet in patria D. Gottfrid Chriftianum Gœzium JCtum ibidem celebrem & ex variis ingenii fœtibus notum. Nec poffum ego mihi imperare quin, quod Philippus ad Johannem Fabricium Norbergenfem A. 1555. prid. Cal. Maj. fcribebat, hucreferam,

εὐσεβιῶν παίδεσι τὰ λῷα, δυσεβιῶν δ᾽ οὔ.

Meus

Meus hic carmine heroico arbitrum agebat, graviterque impegisse antecessorem, gravibus monstrabat argumentis.

QVo VInCet CaroLVs, qVo fVLget Cæsar Ioseph,
In CœLIs DIVVs qVo LeopoLDVs oVat.

)o(

DIS-

DISSERTATIO XIV.

NUMOS DUOS



Argenteum, familiæ Sulpiciæ scilicet;
& Æreum Titi exhibens

Qua simul

Ad tres orationes solennes IV. Idus Mart.
H. L. Q. C. memoriter habendas

Osnabrugam doctum observanter & officiose invitabatur.

§. 46.

NOvam numorum & gemmarum &c. &c. accessionem significabo proxime. Jam ad Galbam Sulpiciæ argenteum me converto. Familia hæc olim licet minorum gentium, & a Consularibus ortis inferior, variis tamen cognominibus, v. gr. Camerinorum, Cornutorum, GALBARUM, Longorum, Maximorum, Paterculorum, Ruforum &c. &c. insignis erat, ex quibus præcipue in denariis reperiuntur GALBÆ, ex quibus & Sergius, septimestris ille calvus ortum suum habuit. Ut vero quondam Romæ Nobiles alii erant Patritii, alii Plebeii; ita & hodie in splendidis Europæ, præcipue autem Italiæ & Germaniæ urbibus tales reperiuntur, & difficile foret singulis assignare sua subsellia. Reliquis in Germania præferri volunt Argentoratenses & Norici, die Geschlechter / seu etiam die Genanten (unde ein Ungenanter) quos singulos, seu Veteres, seu Novos seu Novissimos ex Albo Coss. Noricc. MSCto recensebo proxime. Laudandi sane essent, qui in describendis urbibus occupantur, si simul præcipuas enumerarent familias.

Caput nostri muliebre, idque velatum est. De capitis seu vivorum, seu defunctorum, seu devotorum, seu devotarum

vela-

velaminibus, multi ſcripſerunt, ad quæ nos tria addimus; ſcilicet præcipue hoc eſtrarum matronarum Deas imitantium fuiſſe, velo (Nimbum vocat Virg. l. 12. Æneid) involvere partem capitis poſteriorem ſeu occiput (ἐξουσίαν appellat Apoſtolus, peplum rite appellares,) caput involvere, quod, uti ad ſacrum ritum pertinebat, ſic & Minervæ ſacrum erat. Conf. Wedel de Numis capite velato Decad. VI. Exercit. IX. p. m. 52. Nec præterire debemus hic Pſecades, h. e. ancillas pro exornandis crinibus, aut etiam caput muliebre ornando, conſtitutas. Nec poſſum, quin, quotiescunque in verborum STADAM aut PANDERAM incido, omnem in nebulones hos evomam iram! ימח ספר תלדש ישו Interim non errabo, ſi dixero noſtrarum ſeu virginum, ſeu matronarum capitum turritum decus, non longe a vetuſtiſſimo abire. Teſtantur id ſaxa & gemmæ, teſtantur & idem numi. Equidem non aſſentior ei qui πυργοφόρους (Rheam fuiſſe talem conſtat) noſtras ſuo ævo jam notaſſe putat Eccleſiaſten c. 7. 26. האשה אשר־היא מצודים וחרמים לבה & p. p. אסורים ידיה Tremellius & Junius vertunt: Fœminam illam, cujus in animo ſunt retia & plagæ, cujus (in) manibus vincti: Gallus: La femme, qui (eſt comme) des rets, & le coeur

de laquelle est (comme) des filetz, & ses mains (comme) des liens. Lutherus noster: Ein Weib welches Hertze Netz und Strick ist/ und ihre Hände Bande sind. At quid hæc ad nostrarum cristas? Ad manuum tactum, quem non raro sequitur factum, & cordis illecebras verbis & voce expressas potius hæc pertinere arbitror; Nec invitant turres hæ adeo ad lasciviam, ac denudatum pectus, cordis latentis laqueus, aut etiam digiti Baccho digni. Nec juvare possunt hæc asserentem verba Ezech. cap. 23. 15. סרוחי טבולים בראשיהם Redundantes colores (infectis) ad capita sua; Habillemens de tête flottans, Die bunte Kogel auff ihren Köpffen etc. quæ ad viros Babylonicos in pariete pictos, neutiquam vero ad mulieres pertinent, quemadmodum & fastigia talia in flaminum pileis tutulatis conspiciebantur, prout & hodie in galeis & pileis militum surgentes cernimus struthiocamelorum pennas, pro quibus quondam olorinis utebantur. Interim tamen non sol in Galliæ, sed & pene totius Europæ fœminæ turribus & cristis hodie delectantur, ex quo in familiam Ludovici XIV. adscita fuit nobilis virgo MARIE ANGELIQUE d'ESCORAILLES de ROUSSILLE, DUCHESSE DE FONTANGE, quæ, cum aliquando dolorum impatiens

dex-

dextri cruris ligamine caput constrinxisset, & novum hoc decus capitis perplaceret Regi, ex templo innumeras, easque nobilissimas vidit, quæ idem imitarentur ita, ut aliæ duplicarent, aliæ triplicarent & quadruplicarent novos hos capitis nodos, [Araccines olim vocassent matronæ Turcicæ] & licet Lyricis inseri non possint vatibus, tamen

Cristato feriunt vertice sydera.

A. facies instrumenta sacrificalia, item ECUR & infra CALB [C pro G, quod perfrequens est] exhibet. Docent hæc, unum vel alterum ex familia Sulpicia, & quidem ex Galbis fuisse Pont. M. Cernimus autem hic *securim* sacram, h. e sacrificiis consecratam. Alia erat Consularis aut Dictatoria fascibus juncta, quæ majestatis insignia in veteri Repl. sibi præferri volebant Coss. P. Valerius, non falso Poplicola dictus, vero à Coss. in urbe inferioribus annis à fascibus securim abesse voluit, quod tamen ad Dictatorem non pertinebat, cui & in urbe præferebatur, quasi severiori disciplina opus haberent milites, quam cives. *Cultrum* etiam habemus, [secespitam à secando Festus vocat] Oblongus hic esse solebat, manubrio eburneo, oblongo, solido & rotundo, vincto ad capulum auro argentoque, quo flamines cul-

 trarii

trarii victimam mactabant, aut etiam se ipsos feriebant, proprio sanguine Numen placaturi, quo pertinet 1. Reg 18. 28. Conf. Lactant. l. 1. c. 21. p. m. 83. Verpi nostri vocant Schechen sive Sechen/ a Germanorum Sech seu cultro curvato, qualem vomeri præfigere solent aratores. Lipsius cent. 3. ep. 44. p. m. 762. ex veteri psalterio, quod viderat apud Arnoldum Wachendonckium docet, novaculam priscis dictam fuisse Scarsahs, unde Thuringis vomer ein Schar aut etiam Sahr appellatur, & Saxones a cultris habere nomen, non solum Withikindo monacho, sed & Gobelino Personæ, nec non Reverendissimo Ferdinando in monumentis Paderb. p. 125. edit. Amstel. videtur. Aliter sentit Reineccius de Saxonum origine p. m. 8. & dictos vult a Sache quasi Sachwalter. Ptolomaeum l. 2. c. 11. meminisse eorum, vocasseque Σαξονας, refert Meibomii nepos in Introd. ad Saxoniæ inferioris historiam p. 3. Adde notas ad Gobelinum citatum p. m. 351. & ad Withikindi annales Sax. p. m. 667. ut & Ludwigs Erleuterung in Pufend. c. 4. p. m. 524. seqq. Porro *simpulum* seu simpuvium in numo nostro conspicitur, simpullum vocat B... ifius, vas ad libandum & pitissandum factum. In sacris nec myrrhino nec crystallino, sed fictili utebantur, Plin. l. 35.

cap.

cap. 12. quod ſimpuviatrix flaminibus & adſtantibus porrigebat. In conviviis paulo aliter libabant. Primum poculum in Jovis olympici alterum in Heroum, tertium in Servatoris ſumebant laudem; hinc in Principis Senatus, Patronorum ac Amicorum, Dominae & Amicarum nomen bibebant. Ita Plautus in Sticho: *Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene noſtram etiam Stephaniam*, (ſcil. vivere) & Martialis:

Nævia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur;

Adde Dionis Abbreviatorem in Commodo. Ritum ſacrificandi integrum en tribus! Sacerdos ſacra facturus poſtquam abſtinuerat a carne vino & Venere, lavabat ſe, lotus veſtem induebat candidam, interdum purpuream vinculo ſolutam, nec macula, nec ſqualore obſitam; hinc velatus infula & fronde redimitus, plerumque nudis pedibus, & vultu ſubmiſſo & ad modeſtiam compoſito exclamabat, Hoc AGITE! Quamprimum pervenerat ad locum ſacrificii, unus ex miniſtris haec praefabatur: HOSTIS, VICTUS, MULIER, VIRGO, EXESTO. (apud Germanos etiam iſti, qui clypeum in praelio amiſerant intereſſe non poterant, mulieribus tamen aliquando intereſſe concedebatur, at hac lege, ut caput velarent, quod & omnes rem ſacram facientes, ex Numae inſtitu-

ſo facere tenebatur) Porro tibicines & citharoedi (quod tamen poſtea prohibitum fuit) tibiis ex buxo factis præcinebant. Jam adducebatur hoſtia, non mutila aut debilis, ſerto, ſive corona, ſi major, infula lanea, ſi minor, fronde, ſi Jovi, æſculo, ſi Apollini lauro, ſi Minervæ, olea, Veneri, myrto, Herculi, populo, Diti, cupreſſo inſignis erat. Qualem Aſcanius promiſerit Jovi, vide Virgil. l. 9. Æneid. verſ. 457. ſeqq. Aquam in hunc uſum neceſſariam e manibus ponere, piaculum erat, ſed vaſe lati oris & fundi anguſti, calicum noſtrorum ἀπεδων inſtar hauſtam, flaminicæ virgines, aut Veſtalium famulæ, ſeu etiam pueri coronati, quos Camillos appellabant, tenebant. Hinc Sacerdos ambabus aram prehendens orientem verſus (fiebant enim pleraque ſacrificia tempore matutino, credebant enim Deos ad ſalutationes matutinas adſidere templis) ſolenni carmine, verbis priſcis ex vetuſtiſſimis annalibus erutis, Numina precabatur, votaque faciebat. A Jano autem & Veſta, ceu per quos ad reliquos Deos patebat aditus precum fiebat initium, fiebat & finis. Ne vero erraret orans, voce præibat ex ſcripto miniſter, cujus verba repetebat ſacerdos. His peractis, hic ad dextram ſe volvebat, manumque priore digito in erectum pollicem reſidente

cri

ori admovebat, dein fruges capiti victimæ, aut molam salsam dabat, porro vinum novum, costum & thus, si prius simpuvio, quale cernimus, circumstantibus & ad sacrificium pertinentibus, propinaverat, inter cornua fundebat. Tum setas inter cornua manu ereptas in ignem injiciebat, & cultrum (qualis hic noster est) a fronte ad caudam victimæ ducebat. Adhibebantur dein faces, queis in ara accendebatur ignis. Hinc cultrarii, Popæ & agones securi feriebant, moxque jugulum cultro secabant. Victima cæsa, alii vasis cruorem excipiebant, alii hostiæ cadenti supponebant, alii tandem decoriabant. Porro extispex aut etiam sacerdos cultro viscera & jecur rimabatur, quibus perspectis & probatis, primitias desectas farre & farina involutas in calathis sacrificanti offerebat. Perfecta jam erat hostia, si a sacerdote aræ imposita comburebatur. Queis finitis, qui intererant, apppositis placentulis vescebantur, & inter vescendum laudes Diis, quibus victima oblata fuerat, canebant; cymbala simul pulsantes & choros agitantes. Singulis his peractis unus e sacerdotum ministris clamabat; ILICET. (ritu Græciensi, λαοῖς ἄφεσις!) simulque integrum mittebat cœtum. Singula qui prolixe legere cupit evolvat Apuleium in metam. l. 11. Alexandr.

 ab

ab Alexandro Rosinum in Antiqq. & Camerarium in Horis subcisivis. &c. &c. &c.

§. 47.

Titi est æreus isque victoriatus. Viciam appellat Victoriam Varro. Ad alatas pertinet Deas, rationem dedimus alibi. Simulacrum ejus aureum cccxx. pondo Hiero Romam in templum inferendum mittebat. Mirantur & venerantur hodie statuam Victoris sui Ludovici Galli 120000. pondo æquantem. & A. 1699. d. 13. Augusti Parisiis erectam. Ænea hæc est, fecitque eam Girardonius. Pedem super figura, quæ universum orbem designat, habet allevatum nostra Victoria, scilicet urbs orbis erat; aut, ceu in nummo Friderici legitur, *Roma caput mundi*, quod Imperatoris symbolum, in peculiari exercitatione pluribus se exponere velle, in epistola eruditissima de Numo Friderici II. Imp. ad me exarata & Jenæ A. 1701. impressa, promittebat Clarissimus Dominus M. Died. Andr. Kellerhaus Lipstad. in patria hodie Ecclesiæ primariæ pastor vigilantissimus.

Clypeo inscribit, h. e. æri & æternitati Titi tradit victorias Victoria. Quid? si litera T foret Titi prima, quemadmodum Romanis familiis, Principibusque hoc perfrequens erat, & quidem ita, ut etiam in clypeis saepissime uterentur monogrammate.

mate. Et exteris placuisse idem, docet nos Lacedaemoniorum Λ, ut & Messeniorum M. id quod non solum per singula secula passim usurpatum fuit, sed & hodie Germanis praecipue placet, dum annulis [clypeis enim amplius non utimur] suis monogramma arte factum ac miris gyris & ductibus absconditum incidi volunt. Non raro Romanorum clypei SPQR. habent, de quo infra. Diis devoti in templis suspendebantur, ritu antiquissimo, ceu ex Homeri Iliad. VIII. constat quippe qui versu 78. p. m. 133. canit:

Τεύχεα συλήσας οἴσω ποτὶ Ἴλιον ἱρὴν
Καὶ κρεμόω ποτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος --

Eadem haec pluribus refert Arnobius l. 6. & Virg. 9. Æneid. v. 407. Brachium clypeare (genuinam vocis originem vide apud Gruterum in thesauro p. m. 747. t. 3.] dicebantur ii, qui chlamyde brachium, ut se defenderent, involvebant, praecipue, si ex improviso hostis eos invaderet, quod Livius Grachum ab Hannibale circumventum fecisse refert. In clypeos se milites inclinabant, si hostis a sinistro latere apparebat, si a tergo versus sinistrum latus, bis inclinabant. Rotundi erant clypei, prout scuta in longum exibant, licet Dio & qui eo sunt inferiores differentiam hanc non observent. Conficiebantur autem fre-

U 5 quen-

quentiſſime e ſalice, ita tamen ut umbo gregariorum e ferro, ditiorum vero ex argento ſeu etiam auro conſtaret. Nec raro integri ærei & argentei erant. Anſæ modo e ferro, modo ex loro conficiebantur. Gallorum & Germanorum parmas e viminibus, aut etiam pellibus & corio factas vide apud Lazium. Tradit Joſephus c. 7. l. 7. de Bell. Jud. p. m. 815. quod Judæi coria ſcutis detracta præ nimia fame devoraverint. Antiquitatem & dignitatem clypei ex Geneſ. 15. verſ. 2. diſcimus. Nunc & dicendum eſſet de Scutigeris Schild und Waffenträgern/ & unde ſint leones, gryphes, ſylvani &c. &c. ſed de his & reliquis ad clypeum, ſcutumque pertinentibus, videantur iſti, qui artem Heraldicam tractant, & Speidelius in Notabilibus p. m. 884. Prodibant ergo, & non ineleganter verba faciebant.

I. Joh. Gabriel Corbmacher *Minda Gveſtphalus.*

Juvenis, cum morum compoſitione, tum literarum optimarum ſcientia ornatiſſimus, ſermone proprio Marte nitide elaborato, Rem literariam indies magis magiſque creſcere atque novum capere incrementum, demonſtrabat,

II. Joh.

II. Joh. Henr. Clausing *Lemgovia Lippiacus.*

Juvenis modestus ac industrius, rem secus se habere, scilicet Rem literariam indies magis magisque decrescere & ad interitum vergere, probare conabatur.

III. Joh. Philippus Krückenberg *Hamelia oriundus.*

Juvenis bonæ mentis & boni judicii, litem componebat docebatque Rem literariam nondum quidem exstinctam jacere, interim tamen duabus rationibus monstrabat, minari ruinam ni propediem ipsi succurratur.

)o(

DIS-

DISSERTATIO XV.

NUMOS DUOS



Argenteum Familiæ Tituriæ scilicet, &

Æream Domitiani exhibens,

Quæ simul

Ad tres Orationes H. L. Q. C. memoriter habendas

Osnabrugum doctum observanter & officiose invitabatur.

§. 48.

§. 48.

Oblatus est mihi nuper numus *argenteus*, isque serratus, familiæ *Papiæ*, nitore & genuina antiquitate nulli cedens. Caput exuviis hircinis tegitur, [a Germanis, ferarum & belluarum, v.g. aprorum, cervorum, luporum, ursorum, urorum & bubalorum exuviis præcipue delectantibus, aut etiam aquilarum alas galeis suis aptantibus, ceu hodie conspiciuntur scutigeri galeati, insignia illustrium familiarum tenentes, hoc desumsisse, aut mutuatas fuisse antiquissimas quasdam Hetruriæ familias, fit verisimile] ante os scutula seu patella, pone vero figura rapæ simillima, columnulam vocat index Snabelianus, sed detritum valde Snabelii numum fuisse credo. A.F. sphinx currens conspicitur, sub qua jacet siser aut pastinaca cum subscriptione. *L. Papi.* Frugalitatem suam scilicet Papianos hoc ipso significare voluisse, puto. Tenue in mensa Procerum quorundam Romanorum haud raro splenduisse salinum, veterum annales testantur, & pueris notus est Marcus Curius, qui quamvis in lucem editus esset dentatus (quod idem & accidit Papirio Carboni, & Valeriæ, quæ propterea Suessam Pometiam urbem florentissimam deportata est, responsione aruspicum vaticinante, exitio civitati, in quam delata esset, futura,

tura, veridico exitu consecuto, Plinius lib. 7. cap. 16, p. m. 112.; Et Ludovico XIV. de quo scribit Grotius in epistola 1089 ad Oxenstiern, Edit. in fol. f. 490. *Delphinus jam ter mutavit nutricem; Fugiunt enim ad hoc conquisitæ fœminæ, quod ubera earum morsicando lancinet, robustus validique spiritus puer, non sine omine futuræ rapacitatis.* Autor tractatus Germanici Franckreichs Geist inscripti: p. m. 4. Gewaffnet kam er in die Welt/ und seine erste Nahrung ist das Blut seiner Seugammen so er selbst außgesogen/ gewesen etc.) *parvo quæ legerat horto*,

Ipse focis brevibus ponebat oluscula quæ non
Sqalidus in magna fastidit compede fossor.

Accessit & *Gordianus argenteus*, in cujus A. F. Roma spoliis insidet, dextra victoriolam, sinistra hastam tenens, cum epigraphe: *Romæ æternæ.* Hunc non multo post secuti sunt duo Gallieni, alter argenteus, cujus A. F. sistit figuram militarem supplantantem hostem. Epigraphe rudis admodum est & legi non potest; Alter æreus est & figuram exhibet dextra ramum, sinistra hastam tenentem cum inscriptione: *Virtus Augusti.* De Gemmis quibusdam haud crudis & ignobilibus, & inter quas oblongus Achates, qui faciem Hadriani nitidissime exhibet, dicere quædam possem, sed mitto, quandoquidem cum Generosissimorum

Domi-

Dominorum de Lüning & de la Falloize onychibus, achatibus, granatis, &c. &c. antiquissimis & summæ artis, comparari non possint. Priapuli solummodo cum uncinulo mentionem faciam Thuillerium, Christianissimi Regis quondam ad Serenissimam Rempubl. Venetam legatum, talem pro rarissimo musei sui cimelio habuisse, constat. Ænea sunt hæc verenda, genuina & nobili ærugine splendentia [quod amputari jussèrit selectæ suæ gentis præputia כורא עילה Moses tradidit nobis, rationes dant Theologi, depravatum hoc institutum, Dei Archimimus, docuit Colchos, Æthiopes, Phœnices, Syros &c. videatur, Herodotus in Euterpe p. m. 116. licet hic p. 143. putet, etiam eos, qui fuerunt in Palæstina, ab Ægyptiis didicisse, Strabo l. 17. pag. m. 477. & 691. [Strabonem hunc cum Polybio, Josepho, Curtio, Suetonio sua antiquitate privat Harduinus ceterum Gallus doctissimus, & solum Ciceronem, Plinium, Virgilii Georgica, Horatiique epistolas, cum paucis aliis ad antiquitatis genuinæ dignitatem pertinere putat. At cur non integra expunguntur Ciceronis opera, quod ante annos aliquot nonnemo conatus fuit in Batavia, aut Tullius habetur pro Allobroge & styli Gallici cultore Vid. Morh. Pol. p. m. 154?] & Aristophanes in

Avibus. Quemadmodum univerſum fere veterem Dei cultum depravavit ſtygius impoſtor, de quo vide Dilherri Dei Simium Diabolum, ſeu cacozeliam Gentilium. Scilicet ad amuleta, veterum pertinet, quibus utebantur contra faſcinationes, & de quibus & ſimilibus amuletis, inter alios videri poteſt Tomaſinus de donariis ac tabellis furtivis p. m. 85. & Reichelſus in tabb. nec non Jacobus Wolffius in Curio amuletorum ſcrutatore &c. Faſcinus nimirum antiquis vocabatur mentula, ceu pluribus docet Pignorius in explicatione Menſæ Iſiacæ p. m. 17. Superſtitio diabolica divinitatem quandam ei ineſſe putabat, hinc omnem reverentiam & cultum eidem exhibebat שעובדהו שיפער אר□ עצמו לו Maimonides de Idololatria cap. 3. §. 2. p. m. 36. de ſua gente tradit. Matronas Rom. extra portam Collinam ad ædem Veneris cum pompa ſacrorum detuliſſe, more Ægyptiorum &c. aut etiam per forum plauſtro transvexiſſe &c. refert Alex. ab Alexandro (quem Voſſius non ſine ratione promptuarium Antiquitatis & veteris hiſtoriæ nominat) l. 3. Genial. dierum. c. 18. p. m. 155. & lib. 6. cap. 19. p. m. 363. Ornamenta mulierum Troglodytarum de collo pendula evolvi poſſunt paſſim in hodæporicis. Reliqua recenſet Lohenſtein P. I. lib. 3. p. m. 302.

Lu-

Lustrandi & consecrandi ab eoque auxilium petendi modum, antiquissimum docet saxum, quod in ære expressum nobis concessit docta sculptoris manus. Arnobius lib. 4. adversus gentes de Mutino hoc & Fascino ejus tradit, quæ nunc ponenda esse non censui, evolvi vero potest Vossius in Theologia sua Gentili lib. 2. c. 7. p. m. 341. & seqq.

§. 49.

I. Sed ad Titurriæ nostrum. Caput hic conspicis & faciem in senium vergentem, Sabinæ gentis seu conditoris seu statoris cujusdam. Quid si Tatii esset? Ut autem Romæ Sabini antiquissimi, sic & splendidi & nullis secundi erant. Cic. pro Ligario §. 32. *Sunt Viri*, ait, *fortissimi & Cæsari probatissimi, quorum ager est flos Italiæ & robur Reipublicæ*. De antiquitate eorum testatur Dionysius Halicarnass. lib. 2. p. m. 171. ita: *Portius Cato, nomen Sabinorum Genti inditum fuisse ait a Sabino filio Sami, qui erat loci istius Genius*. Hic Samus aliis vocatur Deus Fidius, aliis Semo aliis Sangius, Sancus aut etiam Sanctus. Confer Varronem, lib. 4. de lingua Lat. Ovid. lib. 16. Fastorum. Unde & Propertius?

Sancte Pater salve, cui jam favet aspera Juno.

Extat antiqua inscriptio in marmore A. 1574.

 Ro-

Romæ in Insula Tyberina reperta, & est: SEMONI SANCO DEO FIDIO SACRUM SEX. POMPEIUS S. P. F. COL. MUSSIANUS QUINQUENNALIS DECUR. BIDENTALIS DONUMDEDIT. Circa hanc mihi, quod pluribus etiam accidit, in mentem venit dignus consideratione locus Justini Martyris Viri Apostolici & antiquissimi Ecclesiæ Doctoris, Syri interim, adeoque Latinæ linguæ & rerum Romanarum cognominumque variorum, quibus a Latinis præcipue appellabatur Hercules, non adeo periti, in Apologia ad Antonium Pium tradentis: *Simoni Mago statuam in amne Tyberi inter duos pontes esse erectam, cum hac inscriptione:* SIMONI DEO SANCTO; Quem secutus est Tertullianus in Apologia cap. 13. ut cum aliis observat Petrus Halloix S. J. t. 2. de vita & doct. Illust. Orient. Eccl. Script. p. 382. Ego non credo, quenquam mihi vitio versurum esse, si salva existimatione beatissimi Martyris, dixero optimum Justinum in lectione inscriptionis hujus aliquid humani passum fuisse. Sint omnes maledicti, qui historicos, aut etiam geographicos affingunt lapsus Θεοπνεύςοις. At in optimis Patribus interdum tale quid deprehendi, nemo qui scrutatur Antiquitates tam sacras quam profanas, mecum negabit. Quemadmo-

admodum idem in Apologia ſecunda, quam vulgus ad Senatum Romanum appellat, quæ tamen ad Marcum Aurelium & Lucium, Pii ſucceſſores, dici debet, regnaſſe ait Herodem in Judæa, quando Ptolomæus Philadelphus libros legis vertendos curavit; Et beatus Chryſoſtomus non ſolum paſſim ſcribit Abrahamum de Regibus Perſarum triumphaſſe, v. g. in Homil. 31. in Epiſt. ad Rom. & Homil. 1. 26. ad Corinth. aut etiam 15 in Acta ita loquitur: Αβρααμ προγονους Περσας ειχε, τον εν Περσιδι, και τοσουτον απεχοντα, τουτον εφησε κυριον της Παλαιστινης ποιησειν; ει τις ακριβως εξεταζοι, Περσαι εισιν οι Ιουδαιοι. Ipſe Baronius, ceu aliquando obſervavi, in eos calamum ſtringit, qui Zachariam Johannis Baptiſtæ patrem fuiſſe ſummum ſacerdotem ſtatuerunt. Sed abſit me ſeu de pietate ſeu exiſtimatione optimorum horum Patrum aliquid detrahere velle, adeo, ut potius laude digniſſimum putem B. Juſtinum, qui ad exemplum Pauli Act. 17. 13. non ſolum perſcrutatus eſt antiquiſſima cultus Romani monumenta, ſed & inde deſumſit, e re ſua quod eſſe putavit. Interim non ſine ratione mirari mecum poſſet æquus rei arbiter, qui Romani Simoni Mago, quem ex aëre præcipitem lapſum viderant [Petrum enim Romæ docuiſſe, (Petrum non fuiſſe Romæ, Spanhe-

mius in peculiari Dissertatione demonstrare conatur; Contrarium affirmat Bœclerus in Hist. Univers. Sect. 1. Integram affirmantium nubem in medium profert Melchior Canus VI. Loc. Theol. cap. 3. p. 304. Diserte id docet Epiphanius Hæres. 27. Conf. Antonius Arnoldus in Magnificentia Ecclesiæ Romanæ, in quo libro prolixe probat Petrum & Paulum junctim fuisse Rom. Ecclesiæ Caput, de qua sententia plura refert Andr. Osiander in Arnoldismo A. 1670. edito) cum tot venerandæ antiquitatis extent monumenta, v. g. apud Ignatium in Epist. ad Rom. p. m. 86. Petrum ipsum. 1. Pet. 5. 13. ceu verba hæc B. Hieron. t. 1. scil. in Catal. script. Ecclesiast. Edit. Antwerp. p. m. 121. (a) exponit, *Petrus sub nomine Babylonis figuraliter Romam significat*, & Eusebius l. 2. c. 15. p. m. 106. juxta versionem Cousinii Paris. 1686. *On dit que Pierre parle de Marc dans sa premiere Epitre qu' il a écrite de Rome, qu' il designe sous le nom de Babylone par ces paroles :* L' Eglise qui est dans Babylone &c. & cap. 25. p. m. 122. Babylonem esse Romam fatetur Bellarm. l. 2. de P. R. c. 7. & l. 3. c. 5. de Vau l. 10. part. 1. Harpocratis sui divini p. 235. eum Blasio Viega in cap. 17. Apoc. sect. 3. Sentit, id quod etiam Ulricus Vellenius in peculiari tractatu statuit. Plura huc facientia evol-

vi possunt in Mornæi Mysterio iniquitatis p. 176. & 181. &c. Edidit ante annos aliquot Stephanus Baluzius Colberti Bibliothecarius codicem MSctum Lactantii, pro deperdito hactenus habitum, in cujus sectione secunda expresse legitur, Petrum venisse Romam ibique esse crucifixum; Ut Hieronymum & Athanasium aliosque magnæ fidei viros v. g. Leonem Magnum Serm. 1. in nativitatem Apostolorum Petri & Pauli, Irenæum &c. taceam. Quo die & Consule vero Romam venerit, non satis liquet. Quid si jam Romæ, jam Antiochiæ, jam in Judæa, jam in Samaria & Galilæa Christo Ecclesiam collegisset, donec tandem Romam redux martyrii corona dignus habitus fuerit? Precibus vero suis cum Pauli junctis Simonem Icarum Diabolicum ex aëre ejecisse; dum lego, quod dicam, nihil habeo. Interim ut non statim propterea dissentientis fundo injecturus sum hastam, Cyrillo enim Hierosf. Ambrosio & Sulpicio Severo, Justini nostri, Irenæi, Tertulliani & Eusebii silentium oppono, & si quicquam me moveret, Arnobii esset testimonium, qui Gentilibus vix figmentum objicere poterat; Sic & me, si, hoc quidem, quod attinet, dissentirem, nemo jure odisse posset. Et si nonnemo de hoc mecum pluribus agere vellet, orarem ipsum

valde, ut amice & ſine felle faceret, hiſtorica enim h. e. humana nituntur fide, nec ego hiſtoriæ limites tranſiturus ſum; Et uti inter Hebræos לא כל אצבעות,תכמים שוות ſic & in tali argumento libere verſamur, donec nobis melior auctorum fides certiora perſuaſerit. Ego, ſi graviores etiam in Patrum Voluminibus occurrerent errores, digitis reverentiæ cauſa obtegendos potius, quam pruriginoſis unguibus exulcerandos eſſe putarem. Et ut in Tertulliano virtutem Spiritus, ſic in Cypriano gravitatem, in Hieronymo animoſitatem, in Chryſoſtomo incomparabilem ſuadam, in Ambroſio mentem penitus divinam, in Auguſtino cæleſtem ſapientiam, & in Bernhardo devotionem non ſine cauſa veneror. Prolixius hoc argumentum expoſuit Anton van Dale in Diſſert. de ſtatua Simoni Mago erecta Amſtel. 1700. cui addatur Siricius Theolog. Altdorffinus in tract. de Simone Mago. It. Caſtalio in Obſervationibus Critic. Dec. 3. c. 10, qui mecum facit, licet *Didentalis* non *Bidentalis*, legat. His jungatur Laurentius Cozza parte 1. Commentariorum Hiſtorico-Dogmaticorum in librum S. Auguſtini de hæreſibus. Rom. 1707. inf. Deylingius part. 1. Obſervatt. SS. Obſ. 36. traditionem de ſtatua Simoni Mago erecta egregiis refellit rationibus.

A. F.

A. F. duos conſpicimus milites, totidem Sabinas deportantes. Raptus hic, ſi pace JCtorum ita nominari poteſt, apud Plutarchum in Romulo, & Florum. lib. 1. Livium 1. & Dionyſium ſupra cit. lib. 2. c. 13. nec non Macrobium l. 1. p. m. 213. evolvi poteſt. De raptarum numero conveniant ipſi, triginta enim tantæ moli vix ſufficiebant. Vim non adeo ingratam non paucis Talaſſio dignis fuiſſe, conjicimus ex eo, quod extemplo eam ſequeretur amor & gratia Liv. Decad. 1. p. m. 12. Et p. p. *Auſæ ſe ſunt inter tela volantia inferre & dirimere infeſtas acies, hinc patres, hinc viros orantes. &c.* Et non video, quid obſtet, quo minus Herſilia cum comitibus ſuis eundem in modum locuta fuerit, quo loquitur Apulejus ſeu potius virgo filo liberali & regionis ſummas lib. 4. p. m. 133. *Cum irruptionis ſubita gladiatorum impetus ad belli faciem ſæviens, nudis & exertis mucronibus coruſcans, non cadi, non rapina manus afferunt, ſed denſo conglobosoque cuneo cubiculum noſtrum invadunt protinus. Nec ullo de familiaribus noſtris repugnante, ac ne tantillum quidem reſiſtente, miſeram, exanimem ſævo pavore, trepida de medio matris gremio rapuere.* Raptus tales antiquitus haud fuiſſe infrequentes ipſe Romulus conſolans raptarum mœſtitiam, docet, dum demonſtrat morem iſtum & Græcum & antiquum

 eſſe,

esse, istamque rationem omnium, quibus inter viros & mulieres matrimonia contrahuntur, esse maxime insignem, Halicarnass. l. cit. lib. 2. p. m. 152. Antiquiores nobis historiæ tradunt, (incidit enim hic juxta Buchholcerum in annum M. 3223, hoc est in tempora Oseæ ultimi Regis Israelitarum, novimus autem jam tum circa annum M. 2505. raptam fuisse a Jove Europam, quam meram fabulam interpretari non possumus, veras enim tradidisse variis involucris involutas Poëtas historias, non sine ratione statuunt Tanaquillus Faber in notis ad Genealogiam Apollodori Grammatici & Palæphatus Ægyptius seu verius Atheniensis, in libro historiarum incredibilium, in quo ostendit, quomodo Poëtæ historias in fabulas commutaverint. Ediderunt hunc Cornelius Tollius & Martinus Brunnerus Upsaliæ Anno 1650; Paulus Pater vero A. 1685. Francofurti denuo prælo subjecit. Addatur eruditissimum Thomasii programma 63. de occultis fabularum Poëticarum sensibus. Et putant optimi, quod Ovidius propterea scripserit Jovem mutatum in niveum taurum, quia Cretenses [quis nescit Jovem Cretensem?] Europam ex Phœnicia raptam in Græciam asportaverunt navi, cujus insigne taurus erat, [Palæphatus Parius autem sic putat; Fuisse Gnosium quendam

dam, virum Taurum nomine, hunc, cum bellum Tyriæ regioni faceret, & alias rapuisse virgines, & Europam Phœnicis filiam e Tyro, unde nata sit fabula. Vid, Lud. Vives in lib. 18. Augustin. de C. D. cap. 11. Ita vero velle musinari,

Mugit & in teneris formosus obambulat herbis

Puella ista significat animam, quæ Regis & Dei filia est spiritualis. Jupiter summus Deus significat Dei filium, qui, ut virginem istam, i. e. animam rationalem quam amabat, posset habere, in taurum pulcherrimum se mutavit, i. e. in hominem corporeum & mortalem, humanam carnem assumendo & personaliter in mundum veniendo. Iste autem taurus fuit pulcherrimus sine macula & ruga, albissimus per castitatem, mitissimus per benignitatem, in societate herbas pascens per charitatem; juxta mare habitans per pœnitentiæ austeritatem. Istum debet puella, i. e. anima per charitatem tangere, per fidem sicut supra firmissimum fundamentum ascendere, & perseverantiam ad eum immobiliter se tenere, & sic ab ipso per ejus pœnitentiæ austeritatem portabitur & ejus solatio perfruetur &c. esse puto subtiliter valde, non dicam impie ἀλληγορεῖν τὸν μῦθον. Si propter stylum fieret, ferri posset; At dicere integumento hoc Poëtam vitam nostram adumbrasse & mores effictos voluisse, nimium est. De raptu Proserpinæ & Plutonis

 idem

idem fere, quod de Jovis, dicendum foret, sicut hunc præter Ovidium Claudianus pereleganter canit. Ad annum M. 2750. referri posse puto raptum Helenæ, propter quem deinde susceptum fuit bellum & excidium Trojanum, quod ex antiquitatum reliquiis, tabula præsertim, quam Raphael Fabrettus edidit, Iliaca delineatum, & adjecto in calce commentario illustratum Anno 1690. exposuit celeberrimus Begerus Berolini. Non multo post, scil. circa A. M. 2814. Benjamitis permittebatur a tribuum senioribus, ut raptu ducerent uxores, quas possent, Judic. c. 21. & Joseph. Antiqq. l. 5. c. 6. p. m. 130. Quo jure, quave injuria, dispiciant alii, nobis hic illud, quod bis aut ter ab autore libri Judicum repetitur, sufficit: *In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, faciebat*, noster Lutherus: Zu der Zeit war kein König in Israel/ ein jeglicher thät/ was ihm recht dauchte. Gall. *Chacun faisoit ce qui lui sembloit estre droit.* Alius, scilicet Cydippæ Ochimi Rhodii filiæ mentionem facit Plutarchus in quæstionibus Græcis, qua cum aufugit Cercaphus. Sed cum de tempore hujus non satis constet, mittimus. Gratior erat, cum virgo, virgines, Cœliam puto, comites suas abduceret, duxque fugientis manus existeret, de quo legi potest Hali-

car

carnaff. l. 5. §. 4. p. m. 450. Raptorum pœna Ecclesiastica hodie est Excommunicatio, in loco, ubi raptus commissus, facienda, & Episcopo ei, sub quo raptor est, significanda. c. 1. & 2. x. de Raptoribus. Forum pro ratione circumstantiarum animadvertit, & potest interdum raptori concedi matrimonium cum rapta Jur. Can. per c. fin. x. de Rapt. quod in terris imperii sequimur. Carpz. q. 75. n. 68. Finckelth. obs. 114. Brunnem. de Jure Eccl. l. 2. c. 18. §. 31. & 32.

II. Inspiciendus nunc est Domitianus splendidus sane & genuinus. Caput cernimus & epigraphem IMP. CÆS. DOMIT. AUG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P. P. In hoc exponendo prolixus non ero, multa enim eaque rariora *Ulricus Obrecht* vir eleganter doctus *in Epistola ad Eliam Brackenhöffer. 1677.* de Domitiani numo Isiaco exposuit. Vitam hujus evolvere possumus apud Suetonium & Xiphilinum nec non Heidmannum in epitome historica de Impp. & Sebast. Franckium in der Kayser Chronick / qui tamen risum movet eruditis, quando verba Suetonii C. 17. *Cadaver ejus* [Domitiani] *populari sandapila per vespillones exportatum* in chronico suo citato p. m. 122. [b] hunc in modum interpretatur: Sein (Domitiani) Leichnam ist zum Theil von den Fledermäusen vertragen/ ex vespillo-

nibus

nibus vespertiliones faciens, neglecta, notabili observatione Festi: *Vespæ & Vespillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt.* Non eandem, quam Titus frater, consecutus est famæ gloriam, utpote qui muscarum potius, quam hostium delectaretur interitu. Equidem, sævitia erga innocentes sæpe utebatur horrenda. v. g. Hermogenem Tarsensem propter quasdam in historia figuras, Ælium Samium ob veteres & innoxios jocos, Metium Pomposianum propter imperatoriam quam habebat genesin & depictum orbem in membranis, mala morte multabat; At quid districtus ejus in acie cum hoste egerit gladius, de eo parum nobis constat, expeditiones enim in Cattos aut in Sarmatas duplicem triumphum non merebantur. De muscis potius instituere debuisset, quas captas stylo præacuto figere egregie poterat. Si sole præstantiores ac nobiliores putasset cum quibusdam, non transfixisset, nec opus habuisset, si una modo per integrum annum, eaque albedine insigni notabilis, comparuisset, quod Rhodigin. l. 27. c. 11. p. m. 485. accidisse scribit apud Tolletum in macello. Homerianæ potius fuerunt, h. e.

auda-

audaces, quæ nec nasum ipsius veritæ sunt χροος Καισαρος ισχανωσαι δακειν. Poeta:

Και οι μυιης θαρσος ενι ϛηθεσσιν ενηκεν,
Ητε και ειργομενη μαλα περ χροος ανδρομεοιο

Ισχαναα δακεειν. ιλιαδ N. p. m. 303. quæ nec tanti thalamum f. conclave Cæsaris, quanti Herculis sacellum Romæ, Alex. ab Alex l. c. l. 2. c. 14. p. m. 76. (b) Pier. Hierogl. l. 25, c. 27. p. m. 321. aut Apollinis Actii fanum, v. Ælianus de animal. l. 11. & Selden. de Diis Syris syntagm. 206. p. m. 303. fecerunt. Nihilominus hic noster inauspicatissimus & libidine furens, ceu ipsum vocat Sext. Aurel. Dominus appellari volebat [quod Augustus ut maledictum & opprobrium semper exhorruit, & ne quidem a liberis aut nepotibus suis, vel serio, vel joco, appellari ita se passus fuit, Suet. in Aug. Tiberius vero appellanti Dominum denunciavit, ne imposterum contumeliæ causa se ita denominaret. Suet. in Tib. c. 27.] Quam odiosum fuerit ante hunc nostrum Romæ, vid. Spiegel in notis ad Güntheri LIGURINUM. l. 3. p. m. 326. De Caligulæ [qui ante hunc nostrum etiam delectatus est DOMINO] Suet. c. 22. scribit: *Nec servum meliorem ullum, nec Dominum deteriorem fuisse.* Ita autem ille juxta hujus §. 13. Cum procuratorum suorum no-

mine

mine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit: *Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet*, id quod & poſt placuit ſucceſſoribus, quemadmodum B. Polycarpi martyrium id teſtatur. Herodes enim Irenarchus & Nicetes pater, Polycarpo in vehiculum aſſumto, conſidentes ſuadebant, ac dicebant τι κακοι εϛιν ειπειν Κυριε Καισαρ, intelligebant autem M. Aurelium, & nihil frequentius in numis nunc eſt, quam D. N. CÆSAR. h. e. Dominus noſter &c. quod idem erat ac Deus noſter Conf. Korthold. de perſecution. ſub Ant. Phil. p. m. 258. ſeqq. Κυριος in N. T. ut plurimum reſpondet יהוה Ebræorum, & cum frequentiſſime tribuatur Salvatori ſeu nude, ſeu cum adjuncto v. 9. παντων 1. Cor. 8. 6. Apoc. 11. 8. &c. &c. obmuteſcat merito cum Socino, quicunque negat & Chriſtum ſummum eſſe Deum. Interim hic taceri non debet diſcipulos olim Præceptores ſuos ſimpliciter DOMINOS appellaſſe, tam coram quam in ſcriptis Forſter l. 1. ſelect. cap. 2. n. 4. & ex eo Speidelius in Notabb. p. m. 486. Nec adeo novum eſſe hodie ignotum appellare DOMINUM (SEIGNEUR, MONSIEUR) ex Senecæ epiſtola 3. p. m. 272. didici &c. Qui ait: *Omnes obvios, ſi nomen non ſuccurrit, Dominos ſalutamus*, & Martialis ait?

Cum

Cum te non nossem Dominum Regemque vocabam Erudite de voce Dominus scribit, eandemque exponit Becmannus in Notit. Dignitt. Ill. Differt. 1. c. 4. §. 1, 2, 3, 4. &c. Cui addi potest Monatl. Unterredung mens. Nov. A. 90. p. m. 977. Vid. etiam supra Dissert. quintam It. Zeiller Cent. 1. Epistolarum ep. 36. p. 212. seqq. Pagenstecher de Viro Bono p. 25. Antonius Zucchelli in Relatione sua p. 482. de incolis regnorum Angoy Loango, Cacongo &c. recenset, quod præcipue baptismatis lavacrum expetant propterea, ut inde nomen Don deportent, singulos enim baptizatos adipisci nomen Don, V. g. Don Diego, Don Enrico &c. licet interim & postea antiquo suo & barbarorum more vivere pergant. A. F. Templum cernimus figuramque sedentem, [& sic ad cathedraticos pertinet hic Domitianus nec esse vulgarem conjicio, & quidem haud injuria, quod nec maxime Reverend. Dominus Schmidius in Dissertatione sua de Cathedraticis ejus mentionem faciat, nec Occo eum habeat) ante quam alia cum adstante puero. Inscriptio est, PONT. MAX. TR. P. VII. LUD. SAEC. Hæc duo ultima sculptoris manus imperita a reliquis separavit, quæ tamen connecti debuissent. Infra posita ego ita interpretor: Senatu Populo Que COnSentiente

SUFfi-

SUFfimenta Populo Data. De ludis secularibus en pauca, præcipue, cum de hujus nostri Dominus Rainsant in peculiari dissert. sur douze medailles des feux seculares de l' Empereur Domitien Versaill s 1684. prolixe egerit. Romæ omnium primo a Valerio Cos. circa A. U. 250. instituti sunt. Censorinus de die natali & ex eo Lazius de Repl. Rom. l. 10. c. 6. p. m. 834. Originis rationem suppeditat Valer. M. l. 2. c. 4. qui & cur Tarentini appellati sint, addit. Inter Imperatores celebravit omium primus Augustus. Canebatur ab electis pueris & puellis, quos tamen a nocturnis cœtibus abesse volebat Cæsar, carmen illud quod literis consignavit Horatius, & in quo pro incolumitate populi & salute imperii Apollinis Deorumque reliquorum opem implorat Poëta. Quare autem Claudius & Domitianus instituerint seculo nondum præterlapso, evolvi potest apud citatum Lazium in libris, quibus res Domitiani composuit. Figuram sedentem Jovem esse puto, dextram porrigentem Imperatori, quem, quoad capitis decus male expressit sculptor. * Pallio circumdatur, quo significatur Principem custodia Dei & tutela muniri. Adstat puer ad famulitium paratus, excepturus quod seu Jupiter Imperatori, seu hic isti exhibet, ne in terram cadat &

pro

profanetur. Vetustissimo enim more nobilissimi pueri adfuerunt Principibus sacrificantibus, sive hic mos a Philippo Macedone, quod vult Ælian. l. 14 hist. sive ab antiquioribus Regibus originem suam traxerit. Sane & nostris moribus pueri nobiles in comitatu Principum arctissimo famulitio distinentur, & apud Romanos adolescentes post prætextam puerilem positam, viris magnis ceu guberniis [cum Nævio loquor apud Gell. l. 16. c. 7. p. m. 543] dabantur. Sic & in numo familiæ Hirctiæ a. f. a tergo Cos. puer tenet thuribulum. De appositis cophinis dabitur proxime agendi occasio.

Prodibant ergo hac vice & non sterilia verba faciebant.

I. Johann Christoph Præger *Bielfeldiensis.*

Juvenis modestus, moratus Musisque gratus personam induebat Domini de Stepny Legati Britannici, & Principi Ragoczy carmine germanico pro virili pacem suadebat.

II. Joh. Zach. Gœze

larvatus Gallus, multis verbis & speciosis

ciosis argumentis in hunc finem excogitatis eidem Principi pacem dissvadebat, & ut potius omni conatu bellum ulterius prosequeretur, hortabatur, Cicerone in plerisque mutuante verba

III. Christian Gerhard Gildehausen *Nostras.*

Syndici nostri σμωμητυ & JCti summi Præ Nobilissimi Domini D. Christiani Gildehausen filius unicus, Patriarum virtutum heres ex asse, nunc vero ipse Ragoczy, non adeo prolixe quidem, at terse sermone latino respondebat, & quare oleam oblatam amplecti non posset, modeste docebat, simulque (quod & Gallus fecerat) brevi carmine finem sermoni imponebat. Rei totius publicæ, & Hungariæ præcipuæ otium exoptabamus, sperabamusque bellum illud restinctum iri, quo fretus, Ragoczy meo injunxeram, ut spretis Galli ampullis arma mitteret, pacemque accipere mallet, quam viribus cum valentiore

tiore pugnare; At cum res aliter, vah! ceciderit, ac putavi, & hic Orator meus tunc mentem mutavit, propter quod in invidiam & crimen nemo ipsum vocabit.

Da paCeM nobIs noster Pater atqVe Creator!

)o(

DISSERTATIO XVI.

NUMOS DUOS



Argenteum, familiæ Plautiæ ſcilicet, &
Æreum Nervæ exhibens,
Qua ſimul
Forum aperiebatur antiquum,
Ad Argumentum, quod ſpectabat Judaicum
Ad Formulas, quod attinebat, Romanum,
Ad quod obſervanter & officioſe
invitabatur

Oſnabrugum Dictum ipſis Cal. April. 1707.

§. 50.

§. 50.

Piget me sensim numorum Non mittam tamen, priusquam viginti per Dei gratiam absolvero, et tunc, si per vitam licebit, ad alia, eaque sublimiora me collaturus sum. Nisi enim totus fallor, habebit et hoc studium, cetera nobilissimum, utilissimum et admodum necessarium suas periodos, Regnorum instar et Rerumpll. quod testatur Hispania, Polonia, Belgium &c. Provinciarum, urbium & agrorum instar, testes habeo Palæstinam, Græciam, Siciliam, Rhenum, Danubium &c. (ut Familiarum illustrium & Equitum ordinum non meminerim) societatum literariarum instar, seu veterum, seu recentiorum de quibus evolvi potest Athenæi Gothani Rector G. Vockerod Mulhus. in Jntrod. in not. Societ: liter. & Commentario de Eruditt. Societatibus; Ipsa societas fructifera nobis exemplo esse potest. Hæc nempe ante annos octoginta & septuaginta adeo tollebatur in altum, ut ad interiora summorum Principum conclavia admitteretur, et ab ipsa purpura humanissime exciperetur, Conf Neumarcks neusprossenden Palmbaum c. 2, p. m. 34. seqq. quæ tamen hodie, vix in imis doctorum reperitur subselliis, ridiculoque est iis, qui præ aliis salem habere sibi videntur, nec ullum pristinæ dignitatis

ipsi reliquum est vestigium. Conf. Schediasma nostrum Philol. crit. Diss. I. thes. 3. Ecth. Idem experietur propediem studium Numismatum. Non ego hic eruditissimorum & illustrium virorum tacite conspirantium operam in hoc negotio hactenus adhibitam repetam, non volumina tam divinæ quam humanæ sapientiæ plena de novo apponam. Evolvi possunt, quos Labbeus in Bibliotheca numaria nominavit, & quos Teisserius A. 1687. adjecit; Vel ipsi, quos ego hactenus in primis Dissertationum harum paragraphis recensui. Possunt perlustrari bibliothecæ numismatum, inter quas caput effert Celeberrimi Struvii Fautoris mei dulcissimi; possunt evolvi & aliæ, v. g. Nicolaiana, Snabeliana, Carpzoviana, Gudiana &c. Possunt inspici famigeratissimorum Bibliopolarum Catalogi, qui, quid homini docto prodesse possint, post Morhofium docuit laudatissimus Struvius §. 38. p. m. 129. & ante istum Robert Scotus Bibliopol. Londinens. 1974. nec tacenda est opera eorum, qui post Draudium recensiones nundinales in ordinem redegerunt postquam Georgius Villorus Bibliopola Augustanus primus Francofurt. A. 1564. certos editorum librorum indices constituit. Qui vero utilitatem atque præstantiam hujus scientiæ ex asse scire cupit, evol-

volvat Spanhemium (quem nemo, nisi rei imperitus, vituperavit) in tr. de utilitate & præstantia numismatum; Addere, si vult, potest, Dissert. 3. Dec. nost. I. §. 6. nec non Diss. 9. §. 32. Inspiciat Max. Rev. Löscheri (quem Deus, ut sepem porro conducere & consistere in irruptione coram Domino pro piis contra impios possit, quam diutissime servare velit) Dissertationes tres, de usu numorum veterum in Theologia, de usu rei numariæ in Hist. Eccles. de usu rei numariæ in explicatione Antiquitatis S. Nec mirum est, vergere studium hoc ad occasum, vivere enim desierunt Christinæ, Mazarinii, Colbergii, Bizotii, Vaillantii, Spanhemii, Patinii, Morellii &c. &c. Et pleræque provinciæ, ut viribus, ita & numis præcipue antiquis enervantur, non dicam hos non raro ad caldarium ablegari. Italia, antiquorum numorum horreum, in tanta perturbatione nunc est, ut numorum cultus & studii omnem mittat curam. Nec minus affliguntur reliquæ Europæ provinciæ. Quod vero putes, hoc ουδεν ποιειν προς τα αλφιτα, sane peritum rei offendere non potest. Nec vidi ego hactenus eruditi orbis civem qui vituperaverit. Et ut scientia divina valde imbutus sine charitate, hc. praxi est κυμβαλον αλαλαζον Cor. 13.

aut, non solum totius corporis sed & omnium voluminum iuris heluo, ni usus accesserit & applicatio, Reipl. parum prodest, aut Aphorismi Hippocratis si sunt Hippocratis, & non potius hic ex Æsculapii templo appensis tabulis descripsit, quod statuit Scharandæus de ratione conservandæ sanitatis c. 17. p. m. 25. pestem pellet, ni perita accedat praxis; Ita tum demum notitia rei numariæ plurimum prodest, quando superiora scrutantibus late lucentem præfert facem, ceu Autores citati multis demonstrant exemplis.

§. 51.

Varios, quos accepi hactenus, apponere possem numos sed ut chartæ parcam, paucos, qui in radicibus castri Arminii effossi sunt, & quos mihi nuper admodum misit Præ-Nob. Dnus Wasserbach, quem virum & Amicum nuquam sine tenerrimo nominare possum affectu, adscribam. *Tetricos* puta duos, alterum minoris, alterum minimi moduli; ille a. f. spei typum exhibet, cum inscriptione, SPES PUBLICA; hic vasa quædam ad rem sacram pertinentia; TARENTINUM, in quo Taras Delphino inequitat; *Commodi* ni fallor? Caput radiatum, in cujus a. f. figura paludata cum inscr. *Senatus populusque Romanus* legitur. Oedipum hic, aut, qui nuper optabat

ipse,

ipſe, Dominum Eggelingium optarem, cum Neronis neutiquam ſit. Et cum laudatiſſimo Wafferbachio Illuſtris. Comes Lipp. Rudolphus quadringentos, quos iſte Confluentia nuper ſecum apportavit, muneri dederit, ſi dies & Deus permittet de iis plura referam, quamprimum perluſtravero.

§. 52.

In Plautiæ hoc caput cernimus turritum. Cybeles (h e. Terræ ſ. Opis, quam Majoris noſtri Hertham appellabant, Terram Matrem, Tacit. de morib. Germ. p. m. 464. ceu ſeptentrionales per vocem Her terram notabant, ut Hertha idem notet ac Erda, fingebant autem iſtam non raro verſari inter homines earumque obſervare actiones, & niſi me omnes ſenſus fallunt, ad eam pertinet, quod ſuperſtitioſi quidem Thuringi putant: Es gehe die Frau Hulla in denen 12. Nächten herümb/ und beobachte/ wer zur Unzeit arbeite oder ſpinne &c.) eſt. Terra enim urbes & turres ſuſtinet. Cornua in numis antiquiora eſſe turribus, docemur exemplis. De Moſis actum fuit in Diſſ. 10. Decad. I. ubi §. 10. mentio fiebat Corneliorum. De origine horum melius ſentit aliis, laudatiſſimus Spanhemius, qui non ab Andronico & ejus jure venandi, ceu vulgo fit, derivat in tr. cit de præſt. & uſu numiſm. p. 373, ſed ex libro 2. Artemi-

dori ονειροκριτικων, opere quidem vanissimo, erudito tamen, & ex quo multa bona, e stercore puto margaritas, legere possunt Philologiæ studiosi, docet, jam tum imperante Antonino Pio, quid cornu sibi velit, constitisse inter Bonos Viros. Deciderat enim ex ariete Misericors quædam, amicus omen hoc significabat viro hisce: Η γυνη σου πορνευσει, και, λεγομενον, κερατα σοι ποιησει. Alia eaque a paucis observata de cornu vid apud Lydium de re militari p. m. 165 166. & seqq. Quæ in hac numi facie legimus, hæc sunt: A. Plautius, Ædilis Curulis. SC. Origo dignitatis et officii hujus ejusdemque uberior explicatio evolvi potest apud eos, qui de Magistratibus Rom. prolixe scripserunt. Ego ne penitus ασυμβολος esse videar, tria adjiciam. Primi omnium erant plebis, h. e. ex plebe creati circa A. v. 271. Curules vero e patribus circa A. V. 388. electi fuerunt, quibus tandem Cereales adjunxit Cæsar. Isti nudis, illi vero & hi ebore tectis utebantur subselliis. *Plebeji & Curules*, inquit Fenestella de Magistratibus R. p. m. 57. *jam* (obiit autem A. sexto imperii Tiberii) *adeo manifesto cognomine sunt, ut interpretatione non egeant nostra.* Qui primi omnium fuerint, non certe constat. Pighius quidem, quem Criticorum fere caput J. Gruterus in nott. ad

ad Velle. I. c. 4. omnis antiquitatis condum promum appellat, in annalibus, A.V. 360. facit C. Mutium Cai filium Cordum Scævolam, & Quintium Mutium; cum vero universa antiquitas de duobus Mutiis Cordis adeo taceat, nec alium nobis reliquerit, quam illum, qui spectator destillantis in hostili foculo dexteræ stetit, in Gruteri gratiam Pighio, quem cetera sua laude privare nolo, subscribere non possum. Fecit Pighius non raro, quod fecerunt alii plures qui in historiæ antiquitate nova nomina novasque personas finxerunt. Non aliter, ac isti, qui illustrium quorundam stemmata certa & interrupta serie ex Noæ arca ad nos usque derivarunt. Nec Reineccius, sydus aliquando Juliæ clarissimum ubique in syntagmate suo penes me reperit fidem. Ast tanti momenti hæc non sunt, ut propterea obliviscamur Ædilium nostrorum. Insignibus hi utebantur regiis & purpura. Ita in Furiæ numo sellam conspicimus Curulem inter geminos fasces securigeros. Officium eorum præcipuum erat curare urbem. Antiquitus tanti non erant, sed Trib. pl. scribendo aderant, leges, plebiscita ac Scta asservabant, jus ex Tribunorum commissione inter privatos dicebant; Sic progressu temporis altius surgebant (idem accidisse Cancellariis, vid.

Kirch-

Kirchmann in aureo libello de annulis c. 10. p m 71. Meibom. de origin. & off. Cancellarii Acad. Oldendorpii epist. de Cancellariis. Herm. Hugo de prima scribendi origine c. 32. Francisc. Lanovius ordinis Minim in schediasmate de Franciæ Cancella. & post eum Bernh. a Mallinckrot, Decanus Monaster. in libro de Archi Cancell.) quando ludorum solennium cura ipsis committebatur (ceu numus Livinejæ bestiariorum, leonum atque tigridis exhibet pugnam. Quomodo Pompejanas perstringat Tullius noster, vid. epist. 1. I. 7. f.] unde fabulas examinabant, loca in ludis assignabant, actoribus præmia distribuebant Urbem ita curabant, ut opera publica inspicerent, quo urbis loca essent pura ac munda v. g. plateæ, aquæ ductus, balnea, cloacæ &c. &c. unde dicebantur totam urbem tueri. Spectabat ad illos dein cura annonæ, æstimatio in foro rerum venalium E. g. pecudum, hominum &c. Institutio & conservatio quorundam rituum, funerum & matrimoniorum, coercitio meretricum & popinarum quam Claudius ipsis ademit Suet. c. 38 p m. 215. Præfuisse pariter venationibus, testantur eorum nu ni, inquibus cervi, arcus, pharetræ &c. conspiciuntur.

A. f.

A. f. Bacchius genu flexu oleæ ramum præferens camelum habenis retinet. Hunc Arabiæ quendam Regulum esse putat Beger Obs. 44. subjugatum eo bello, in quo Rex Aretas a Scauro victus. Aretæ hujus meminit præter Paulum 2. Cor. 11. 32. Josephus l. 18. c. 9. Antiqq. Jud. p. m. 522, cujus filiam uxorem habuisse dicitur Herodes Tetrarcha, & contra quem frustra expeditionem ob mortem Tiberii fecit Vitellius. Ceterum Aretæ nomen commune fuisse videtur quibusdam Arabiæ Regibus, vid. 2. Maccab. 5. 8. non aliter ac Ægyptiorum Reges, primum Pharaones, deinde Ptolomæi, Parthorum Arsacitæ, hodie Schachi, Philistæorum Abimelech, Latinorum Murrhani, Siculorum Tyranni, Archivorum Reges, Turcorum hodie Sultani, Moscorum Zaari &c. &c. dicuntur. Conf. Gvev. Epistolas aureas c. 2. p. 1. p. m. 3. & Kirch. in Chin. illustr. part. 2. c. 1. p. m. 47. Alius enim Aretas parens forte supra dicti, qui Obeidæ Regulo vicino affinitate conjunctus fuit, et qui Ælium Gallum Augusti Ducem amice suscepit eique dona obtulit juxta Strab. l. 16. p. m. 614. est. Et quid notat camelus, quam Arabiam, quod Scenitis præcipue utilissimum & frequentissimum sit jumentum, pascuaque præsertim camelorum optima hi habeant, Strabo

l. c.

l. c. p. m. 585. Quicunque tandem sit hic noster, Arabs est genu ponit, oleam offert, & pacem precatur. Romæ suo tempore clarus erat Bacchius, qui cum Bitho ob pugilationem aptissimam & promptissimam in proverbium abiit. Bacchum vero ipsum Judæos & vicinos, Arabes, non raro invicem sibi variis rationibus obstrictos, colere, putasse Romanos, constat. De his quidem laudatus Strabo a Guarino Veronensi & Gregorio Trifernuto latinitate donatus l. 16. p. m. 541. *Quoniam (Alexander) duos tantum Deos ab illis coli audisset, Iovem scil. & Bacchum, qui, quæ ad vitam pertinent, principalia dant, se tertium existimasse, cultum iri, si vicisset &c.* In vitis figura adorasse Judæos Liberum patrem credit Florus, qui vitem sub aureo coelo in templo positam *ουρανικως secretum & grande arcanum, quod templi sui adytis Iudæi celent ac colant* appellat. Tacitus, quid sentiat Florus, apertius loquitur: *Quia vitis aurea*, inquit, *in templo reperta & sacerdotes Iudæorum tympanis tibiaque concinere soliti, Liberum Patrem orientis domitorem coli quidam arbitrati sunt.* Idem sentit Plutarchus l. 4. sympofiac. quæst. 5. Vitem hanc dono datam fuisse Pompejo a Judææ legatis cum Damascum venisset, testis est Joseph. l. c. l. 14. c. 4. p. m. 393. Adde Plin. l. 37. c. 2. ex quo patebit totum hoc opus

vitis

vitis in formam horti integri flexum fuisse, ceu bene monet Lipsius in Elect. l. 2. c. 5. p. m. 676. Quid? si in memoriam uvæ illius magnæ Num. 13. 24. & pristinæ patriæ felicitatis effic̃ta fuisset, hæc vitis? Camelum Arabiæ frequentissimum & utilissimum appellavi jumentum, ad jumenta enim potius tunc etiam, quam ad feras bestias spectasse, amplius non dubitamus. Ab Arabibus autem & præcipue vicinis gentibus Judæis &c. in tanto precio haberi, causa est; Onusta enim multorum dierum iter absque pabulo conficere & juxta Ioann. Leonem in descriptione Africæ l. 9. absque incommodo quindecim diebus sitim perferre posse, dicitur. Reliqua ad camelum pertinentia vide ap. Bochartum in hiero Zoico l. 2. cap. 2. p. m. 77. seqq. Vossium de Orig. & progress. Idolol. l. 3. c. 71. p. m. 1109. Pierium in hieroglyph. l. 12. c. 31. Picinellum in mund. symb. p. m. 348. (b) Franzium in hist. anim. c. 5. p. m. 49. &c.

§. 53.

Imp. Nerva Caes. Aug. P. M. Tr. P. Cos. III. æneus est. De P. M. & Tr. P. supra dictum fuit. Et de Consulari dignitate quædam in Diss. I. Decad. I. scripsimus, ad quæ pertinere posse putamus, quæ nunc sequuntur. *Dicti sunt*, ait Ponponius JCtus seu Petrus Calaber, qui tanto concursu

curſu docebat Romæ, ut ante auroram profitentem Romana juventus a media nocte occupandis ſubſelliis præveniret, König in Bibl. p. m. 655. [a] *ab eo, quod Reip. conſulerent.* Anton. Matthæus tom. 3. Analectorum veterum p. m. 290. Olim in Germania primores populi, Duces, Comites &c. etiam fuiſſe dictos Conſules, pluribus docet. De Conſulibus Cæſareis ex occaſione Inſcriptionis Forojulienſis vid. Anton. Pagi Ordin. Minorum Franciſci Doctoris Theologi Diſſertatio Hypatica, quæ prodiit Lugduni 1682. in 4. Vernacula nobis ſunt Bürger-Meiſter/ Raths-Meiſter/ Am-Meiſter De vocibus Magiſter & Meiſter haberem multa admodum, ſed ſufficiat hac vice dixiſſe malos eſſe Grammaticos, qui Magiſtrum dictum volunt a magis & ter, [uti peſſime το παχα a πάσχομαι ſed a פסח & Oſtern pejus ab Aufferſtehen ſed ab Oſterna Virgine Saxonum fatidica, cui annuatim menſe Aprili ſolenniter majores noſtri ſacra faciebant, dici] verum potius ab obſoleto verbo Magiſtrare, quod idem eſt, ac imperare deducendum eſſe. Κατ ἐξοχὴν eſt, qui omnibus imperat, idemque ac Dominus, quam vocem nuper expoſuimus. Unde optime B. Lutherus Math. 26. 18. Διδασκαλος λεγει vertit, der Meiſter &c. läſſet dir ſagen/ quod idem eſt ac Matth. 21. 3.

Ο κυριος

ὁ κύριος Der Herr &c. Hinc nobis dicuntur ita Coss. vel, quod civibus imperent, vel, quod Senatui præsint, vel, quod provincias & officia, in majoribus præcipue civitatibus, distribuant, quemadmodum & consuetudo, jusque ipsum passim testatur. Romæ sine Senatus & Populi autoritate nihil poterant, & ob id Sp. Posthumius Cos. apud Livium l. 9. dec. 1. p. m. 431. & seqq. antequam Samnitibus dederetur, in oratione pacem Caudinam dissuasurus in Senatu, multis rationibus probat, injussu populi nihil a Consule sanciri, quod populum teneat. Supra dixi Regiis insignibus usos fuisse Ædiles. Consulum imperium Regium appellat Cic. de Legg. Ac sane primum omnia Regum jura & insignia tenuerunt. V. g. trabeam purpuream auro intextam, coronam auream, sceptrum eburneum, sellam curulem &c. Cic. I. c. I. 8. p. m. 453. *Regio imperio duo sunto, iique praeeundo, judicando, pratores, judices, consules appellantur, militia summum jus habento, nemini parento, Ollis salus populi suprema lex esto.* Υπατοι, Υπατος Græci summum, maximum, celsum &c. vocant, sic Ζευσ dicitur υπατος Iliad. T. & alibi υπατος Απολλων. Tales & Romæ aliquando erant Consules. Deinde vero imminuta fuit nonnihil eorum potestas, & præcipue provocatione, cujus autor Livio,

 Dio-

Dionyſio, Plutarcho, Valerio &c. P. V. Poplicola, & interceſſione, quæ nata eſt cum Tribunis, at oppreſſa a Cæſare. Sub bonis tamen Principibus [licet hi etiam cum malis ad Conſtantinum uſque poſt P. M. & Tr. P. Coss. appellari vellent) dignitas Conſulum tanta erat, ut Procopius l. 1. de bello Perſico neget, majorem ullum dignitatis gradum in Romana Repl. eſſe, & Plinius in Paneg. iterata vice Conſulis & Imperatoris dignitatem ita combinat, ut utramque ſummam eſſe doceat. Nihlominus non parum antiqui ſplendoris amiſit, quando ſub Auguſto ſingulis diebus ire tenebantur Coſſ. ſalutatum Cæſarem, mandata accipere, & de rebus eo die exequendis conſulere, juxta aculeatum illud Ovidii;

Aut feret Auguſto Solidam natoque ſalutem

Deque parum noto conſulet officio.

Pharetram dixiſſes auream gemmisque exornatam, at ſine telis, & arcum ſine nervo. Cujus Mali iſtam fecerint, cernimus in Caligula, qui equum ſuum Conſulem eſſe voluit & appellavit, h. e. in mulorum & aſinorum ſocietate eos habuit, quibus cantherium ſuum præeſſe voluit, ceu loquitur Antiquariorum decus incomparabile, Reineſius 2. variar. 15. Conf. Suet. c. 55. cernimus

mus in Commodo, qui nundinas Consulares, quibus leges promulgabantur, scita atque consulta referebantur, & lites componebantur, conf. Macrob. l. 1. c. 16. p. m. 248. & Dion. Antiqq. l. 7. p. m. 191. seqq. Rosin. l. 4. Antiqq. p. m. 655. hactenus sancte etiam a tyrannis observatas, pervertit, cubicularium suum Cleandrum hominem e fæce, non solum Consulem creavit, verum etiam, ut in uno anno viginti quinque crearet Consules ipse, teste Xiphilino p. m. 348. editionis Mr. Cousin, Le Cleandre, ait, nomma vint cinq Consuls, pour une seule annee &c. permisit. Post Constantinum & filios, infantes quoque in cunis vagientes & pueri Consules proclamati fuerunt. Ita Prosper Aquitanus, qui sub Valentin. III. vixit, in Chronico; *Honorio NB. P. & Evodio Coss.* &c. &c. ubi Cuspinianus perperam Nepotem literis NB. P. designari putat, quod Nobilissimo Puero legendum erat. Fuit autem Honorius anno æt. primo Consul declaratus, ceu a Claudiano in paneg. p. m. 322. relatum lego,

Vitam tibi contulit idem
Imperiumque dies, inter cunabula Consul.
Donaturque tibi, qui te produxerat annus.
Proveheris signans posito modo nomine fastos.
Ipsa Quirinali parvum te cinxit amictu.
Mater, & ad primas docuit reptare Curules.

A. f. in numo nostro Libertatis conspicitur figura pileata, simul & pileum, qualem, conspicimus, in Bruti libertatis vindicis numo, dextra tenens. Conf. Dec. 8. Wedeliana & quidem Diss. ult. Plura de pileo notavimus in Diss. 9. Decad. 1. §. 38 & Diss. 4. §. 25. Ad ea unicum nunc ex Gellii. l. 7. c. 4. p. m. 276. Noct. Att. addo, scil. & servos pileatos venum ire solitos fuisse, eos nempe, quorum nomine venditor nihil præstabat. Sane a Collatini tempore nulli Divæ magis, quam Libertati studuerunt Romani. Et quamvis Cæsarum jugum trabeatis esset gravissimum, temperabatur tamen suavissima Libertatis imagine, quotiescunque boni Imperatores numos suos ea signabant, viderique volebant, se non tam eversores, quam servatores esse publicæ libertatis. Tullii nostri domum, quo placeret populo, publici juris factam, Libertati consecraverat Clodius. At quomodo hoc vindicaverit Cicero, & simul Libertatis simulacrum describat, vide Orationem ejusdem pro Domo ad Pontifices. Templum ejus ex multatitia pecunia cum æreis columnis & statuis nitidissimis a Gracchó Patre conditum, frequentabant. Interim, ut sæpissime specie hujus plebs fallitur a Dæmagogis pessimis, ita & non parum profecisse inter suos puto Ragoczium, quando ante tres

tres annos numos cudi jussit, in quorum aversa facie legitur: Pro libertate. Nihil enim plebi hac dulcius, nihil jucundius. Et hujus specie in Hungaria hactenus suis placuit novus Olivier.

Sed missis his tunc, me ad ea, quæ ad meos pertinebant Oratores, convertebam. Forum ex antiquo ego aperiebam hac vice novum. Constat inter Rhetorices tyrones objectum Rhetoricæ esse unamquamque rem. & propterea Rhetoricam facultatem, seu δυναμιν περι εκαστον τȣ θεωρησαι &c. imprimis autem quæstionem olim fuisse civilem. Ut vero hodie vulgo male cum Logica agitur in scholis, dum topica tam, quam sophistica, ut plurimum intacta relinquitur, quasi illa non maximum præstet usum Oratori, aut hujus armis non debeat esse instructus is, qui hosti ita obviam ire vult, ut herbam deportet; Ita & male in Rhetoria vix vulgo digitulo tangitur id, quod quam maxime est erudito & præcipue ICto necessarium, genus juridiciale puto, quo tamen futuro juris cultori & caussarum patrono nihil utilius; Et ausim ego scribere, decem & plures esse Rhetorices Doctores, qui tamen ipsi, quid sibi Aristoteles, Cicero aut etiam Vossius noster in hoc genere velit, non intelligunt. Ego, quod pagina docet, feci periculum, &

thema forense elaborandum dedi, quod & pro viribus suis elaboraverunt ipsi. (Pilatus in animo erat, sed certas ob causas mentem mutavi) Absalonis facinus in fratre Ammone commissum examinabamus. Nempe prodibat Accusator.

I. Anton. Corfey. *Hunteburg. Osnabr.*

Cui Gratiæ & Musæ favebant, in quo filio UNICO Nobilissimus Parens reperit jam, quod in optimo fratre Potentissimi quondam Electoris Ernesti Augusti Ministro intimo amisit, qui, ni trium sororum fila obstitissent atra, hodie in celsissima sederet specula & in summa celebritate versaretur. Non solum autem hic noster Orator ex meliore luto factus, sed & integros septem annos eodem tecto eademque mensa una mecum utens, nunquam de diligentia summa aliquid remisit. Accusabat hic Absalonem fratricidii & juris hospitii violati. Defensoris vices in se suscepit tunc

II. Christian. Gerhard. Gildehausen, *Nostras.*

Filium hunc Parentis Præ-Nobilissimi

bilissimi ac Consultissimi UNICUM laudavimus nuper, cum excellenter admodum in cathedra staret, & Ragoczii partes laudabiliter admodum ageret. Nunc vero cum & ingenio & doctrina multis longe præstans nostris Musis valedicturus, Academicasque salutaturus esset, quos conatus egregios ipsi tam, quam Consultissimo Dno Parenti, Patrono & Fautori nostro certissimo ex animo gratulabamur, denuo specimen edere, eoque Absalonem contra ab Accusatore allatas delationes, defendere velle.

111. Johann. Zach. Möser.
Osnabrug.

Pastoris ante annos aliquot apud nos Mariani Primarii, Viri Theologi & Oratoris insignis, commilitonis olim Lipsiensis mei suavissimi filius UNICUS patriarum virtutum & facultatum hæres ex asse, Nobilissimæ Matris & splendidissimæ Familiæ spes certissima & decus olim amplum, Præses hac vice & judex fori hujus nostri, litem componebat. At ne rem tam arduam solus

in ſe ſuſcipere videretur, convocabat Senatores & Collegas ſuos, & ex quo ipſe, quid ſentiat, dixiſſet, hortabatur, ut quid de eadem re ſtatuant, in medium proferrent

Mentem itaque ſuam exponebant

I. Johann. Zachar. Gœze, *Noſtras*,

Quem nuper audivimus & vidimus ſub Galli larva.

II. Gerhard Nicolaus Ringelmann. *Noſtras*,

Quem jure ſingulare virtutum ac induſtriæ exemplar appellare poteramus, ad Academiam tunc pariter iturus.

III. Joh. Mauritz. Balcke. *Teck'ezburg*.

Qui jam B. Parentis ſpem jam ſuperat,

IV. Gerhard. Henr. a Blecken Magnifici Domini Conſulis noſtri primarii filius, Doctiſſimorum Fratrum veſtigia gnaviter premens.

V. Joh. Everhard. Overlacken. *Hannoveran*.

In cujus vultu gravitas, & in cujus pecto-

pectore candor, quemque ipſe colunt Muſæ.

VI. Johann. Henric. Gottfried *Noſtras*,

Qui commendatorum Commilitonum eo tempore nulli ulla ratione cedebat.

VII. Fridric. Rudolph. Schäffer. *Mindenſis*,

Qui, Nobiliſſimi Domini Parentis ſpem nullo modo fefellit. Hi ex quo cauſam inſpexerant, licet duos haberent diſſidentes Collegas, quinque tamen Abſalonem a morte & exilio liberabant, revocandumque Principem eſſe, judicabant. Hinc, ex quo judex definitivam adjecerat ſententiam, Defenſor rei denuo ſurgebat, & pro ſententia lata, decenter agebat gratias. Judicium ipſum, quantum fieri poterat antiquis JCtorum Romanorum formulis celebrabatur. Equidem hodie non omnes de iiſdem video eſſe ſollicitos. Et fateor, quod ſupra dixi, pleriſque videri, non facere προς τα αλφιτα. Interim non pigebit quædam ad antiquum

Rom. jus pertinentia in memoriam revocare. Evolvi nempe possunt præter Fenestellam & Pomponium de origine Juris & cognitione Magistratuum, e recentioribus Franciscus Robertellus de judiciis & omni consuetudine causas agendi apud Romanos. It. de gradibus honorum & Magistratuum Rom. Paulus Manutius, de LL. Rom. Fr. Hotomannus, de formulis antiquis, Justus Lipsius, Johannes Guilelmus Lubecensis, cujus scripta, licet juvenis, nil juvenile spirant; Georg. Vauchopius, Raphael Volateranus, de quo vid. Jovium in elogiis n. 118. Andr. Alciatus, JCtus, qui primus juris disciplinam barbaro dicendi genere involutam, pristino nitori restituere, & ad veros fontes revocare conatus est, quibus addi potest Armaci Rivallii Delphinatis Comment. hist. jur. f. in XII. tabb. & Sigonius de antiquo Jure Civ. Rom. it. de antiquo jure Italiæ, nec non Schubartus Jenensium aliquando decus & sydus nobile, Præceptor noster æstumatissimus,

mus, in tract. de fatis jurispr. Rom. Jen. 1696. in 8. Ad quæ nos, quantum pagina capit, adjicimus. Postquam publica autoritate decem constituti fuerunt viri, qui Solonis, aliorumque Græcorum sapientissimas leges describerent, quas tres isti, Spurius nempe Postumius Albus, A. Manlius Vulso & Servius Sulpitius Camerinus, juxta Liv. l. 3. e Græcia reversi selectas secum apportarunt, in decem tabulas conjecerunt, quumque Appius ejusque collegæ reliquas leges, quas e re Reipl. esse putabant, in duabus tabulis scripsissent, has quoque illis decem prioribus addiderunt, unde XII. tabulæ, Dionys. l. 10. cap. ult. p. m. 1008. Hæ tabulæ, quo ab omnibus legi & examinari possent pro rostris (quis nescit cum A. U. C. Antiatibus mari esset interdictum, atque naves longæ ademtæ, eas partim Romæ in navalia abductas, partim incensas, rostrisque earum suggestum exstructum in foro & adornatum esse, templumque ipsum Rostra appellatum, ex

quo

quo ad populum conciones habere soliti fuerint causarum Patroni Liv. l. 8. & Plin. l. 34. c. 5.) possent, positas esse voluerunt, quæ deinde in comitiis centuriatis approbatæ fuerunt Erant autem hæ tabulæ æreæ, quo respicit omnino Ovid. l. 1. Metam. t. 3. canens:

Pœna metusque aberant, nec verba
minantia fixo
Ære ligabantur &c.

Unde constat superiorum temporum hominem quendam genuinæ antiquitatis valde ignarum verba hæc admodum deformasse, lutumque pro auro vendidisse, dum legit:

Nec vincla minacia collo
Ære ligabantur.

Id quod ut plurimum accidere solet iis, qui rerum antiquarum imperiti sunt, easque susque deque habent. Ut taceam optimos, & in re versatissimos pro *ligabantur* legere *legebantur*, quod verbum omnino ad præcedentia optime se habet. Equidem a nobis dissentire videtur Pomponius noster l. s. c. c. 5. §. 1. dum

dum ait in tabulas eboreas leges conſcriptas pro roſtris poſuiſſe Romanos; Sed dudum litem & quidem optime meo quidem judicio, compoſuit JCtus maximi nominis Jacobus Cujacius, cujus Obſervationes non immerito pro incomparabili poſſunt haberi theſauro. Hic ad hunc titulum; Leges, quæ populo latæ fuerunt priores, in tabulis roboreis propoſitas eſſe, ait, deinde in æreis, tandem & noviſſime in eboreis; Ceu pariter legimus SCta relata eſſe in libros eboreos. Nec eſt, quod Scaliger in Animadverſionibus in Melch. Guiladini, quem alibi non male notat, commentarium de papyro, dicat, perperam legi in tabulas æreas, cum vulgo etiam notiſſimum ſit, in tabulis ligneis ſcriptas fuiſſe leges, quales fuerint Αξονες, Σανιδες και κυρβεις Solonis. Sane Scaliger, ſi ad Cujacium reſpexiſſet, aut rem rectius inſpexiſſet, tot verba non feciſſet. Memini ego diſtinctiunculæ Rectoris cujusdam non admodum Philoſophi, qui ut plurimum opponentium

nodos

nodos se solvere posse putabat, si respondebat: Distingue inter Tunc & Nunc. Nec propter Scaligerum Livius aut Dionysius vapulare debet. Non pondus sufficiens habet ratio, quam dat, quasi scilicet adeo divites aut delicati tum Romani non fuissent, ut in eburneis tabulis leges proposuissent, cum tamen centum & septuaginta annis ante coronæ aureæ, scipiones eburnei, sellæ ex ebore, tunicæ palmatæ, annuli, paludamenta, & alia decora a Tarquinio Prisco introducta a Coss. retenta fuerint. Flor. l. 1. cap. 5. p. m. 11. Tota res est in vado, si evolvimus Dionysium laudatum p. 268. & 1004. qui sui ipsius, optimus est interpres. Nec ad recipiendas literas ineptum esse ebur, illud Martialis docet, quod est:

Languida ne tristes obscurent lumina ceræ,
Nigra tibi niveum litera pingit ebur.

Ceterum communi inferioris ævi ritu Principum dicta & sermones in æs inci-

incidebantur, quod egregie docet Lipsius ad libr. 13. Annal. Taciti c. 4. §. 3. Sed tantum de XII. tabb. materia. Juris civilis originem concessit tyronibus Imperator in Inst. l. 1. tit. 2. §. 10. *Nec inelegantér, ait, in duas species jus civile distributum esse videtur; Nam origo ejus ab institutis duarum civitatum Athenarum scil. & Lacedæmoniorum fluxisse videtur.* Livius, cum XII. tabb. Atticas appellat non absque synecdoche facit, ita ut penes ipsum valeat regula: A potiori &c. Si quis brevem epitomem, aut juris scientiæ parvum compendium (sciens hic πλεονάζω) appellare velit, nec a me nec a peritissimis Juris Doctoribus vapulabit, utpote cum in iis singula comprehendantur ita, ceu cœlum, quo tamen nihil majus in picto globulo. Licet autem hæc per XViros ita disponerentur, non tamen propterea Leges Regiæ, v. g. Romuli, Numæ &c. penitus enervabantur, sed quae in salutem urbis popopulique vergere poterant, retinebantur, praecipue quod Sacra, Deorumque

cul-

cultum attinebat. Hoc, puta, non ex peregrina gente, sed ex Regum statutis petebatur & ad tabulas transferebatur, ita, ut haud inepte has leges Regum antiquas Jus sacrum, illas civile appellare potuisses. Singulis his legibus, quoniam perbreves nimis erant, & partim obscurae, interpretatio virorum prudentia & autoritate insignium desiderari cœpit, unde institutae fuerunt disputationes fori, & porro explicationes & interpretationes verborum, puta, obsoletorum ac situ corruptorum, quorum plenae erant tabulae, Seneca Ep. 114. p.m. 467. Nec tamen sine ratione in tantas angustias conjecerunt XViri LL. Statuebant enim, paucas easque validas longe magis prodesse bono publico, quam multas easque invalidas, utpote quibus potius hominum ritus vivendi depraventur. Sicuti, quibus plures adsunt Medici, ut plurimum permultis gravantur aegritudinibus. Nihilominus tamen hoc ita accipiebant, ut deinde Repl. ita postulante, non raro

SCta,

SCta legesque novæ adderentur; Et ut crescentibus delictis crescunt pœnæ, (canone hoc ut plurimum JCti quidam, pro articulo 157. & seqq. Constit. criminal. Carol. V. stantes, utuntur, quemadmodum inter illustres quosdam Theologos & Jurisperitos nondum convenit; An pœna a Deo, cui soli in hominem absolutum jus vitæ & necis competit, determinata & definita non capitalis, per homines, salvo jure divino, possit fieri capitalis. (Conf: Quirfelds Reſengebüſch Cent. 2. C. 50. p. 560. seqq.) Negavit in peculiari Dissert. A. 1702. Lips. Dn. Rechenberg, concessum esse Magistratui jus aggratiandi circa homicidium; Posset quispiam eodem jure negare permissum esse Magistratui Christiano ex pœna a Deo definita non capitali facere capitalem. Si enim summi Legislatoris placitis non contravenire potest Princeps, Biccius de Dispensatt. §. 360. it. 259. & pro suo arbitrio aggratiare; sine dubio etiam in simili non aliter agere potest, ac supremo o-

 mnium

mnium Legiſſatori determinanti placuit. Grotius ad Evangeliſt. p. m. 125. it. de I. B. & P. l. 2. c. 1. n. 14. p. m. 173. Rivetus in Explic. Decalogi p. m. 365. & Scotus in 4. Diſput. 15. quæſt. 3. Ameſius de Conſcientia l. 1. c. 2. Wiſſenbach ad ff. T. de furt. n. 18. & Diſp. 41. ad inſt. n. 10 Ant. Matth. de Crimin. p. 83. & ſeqq. Add. Falckner de jure Aggratiandi ſect. 2. §. 22. &c. Conf. Rom. 13. 4. Aliter tamen ſentiunt viri non minoris nominis V. g. Chemnitius part. 2. LL. th. pr. 7. Brentius in cap. 22. Exod. p. m. 203 Melanchth. in LL. Comm. cap. de Magiſtratu, Carpzov. in pr. Cr. p. 2. q. 72. n. 5. 6. &c. Pufendorf. in juriſpr. univerſ. l. 1. def. 13. §. 22. p. m. 210. & def. 21. §. 11. p. m. 262. Editionis Vlacq. Schulze in Poſitionibus. jurid. ad L. libros. Pand. p. m. 79. § 4. &c. &c. &c.) ita toties depravatis moribus & ritibus, multiplicarentur leges. Sic non opus erat Julia de ſumtibus, cum Curio rapa ſufficeret, nec illa, quæ de adulteris agit, cum nondum in domo

mo ſua deprehenderet mœchum maritus; nec Falcidia, cum virtutem quisque ex aſſe, neque præter iſtam quicquam ad heredem pervenire vellet, neque Scantinia, de qua vide Roſinum ex Cicerone pag. 1387. cum præter uxorios amplexus ceteros neſcirent, aut etiam ex templo in tranſeuntes acerrime animadverterent &c. &c. &c. Quæ inſuper de origine juris & Magiſtratuum & ſucceſſione prudentium in corpore juris traduntur, evolvi poſſunt a tyrone in ff. l. 1. t. 2. Reliqua ex Pomponio JCto citato & Magiſtratus hiſtoriæ ſcriptore inſigni peti poſſunt. Singulorum & omnium ſcriptores habet Grævius in t. 4. inæſtimabilis theſauri antiquitatum Rom. qui, quid in ſe contineat, enumerat Neocorus in Bibliotheca librorum novorum Menſ. April. & Maj. 1697. p. m. 2. 3. ſeqq. Unicum de dignitate veterum JCtorum addere libet. Laudatus Pomponius in Enchiridii l. 3. de ſucceſſione Prudent. vocat viros Maximos; ſi enim juxta Cic. 1. de

orat. Domus JCtus est oraculum totius civitatis, quid non erit ipse Dominus? Idem Tullius l. c. lucem ingenii & consilii sui civibus olim in Rom. Repl. porrexisse senes honoribus perfunctos, ait, dum sub persona L. Crassi: *Quid est praeclarius*, inquit, *quam honoribus & Reipl. muneribus perfunctum senem posse suo jure dicere id, quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi & Reges, at omnes sui cives consilium expetant,*

Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex
Incertis certo compotesque consili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

Quis vero singula depromeret nomina, seu eorum, quos Galli cantus excitare solebat, ceu loquitur Cic. pro Mar. ad Servium Sulpitium Sermonem deflectens, & qui vigilabant de nocte, ut consultoribus suis responderent, quod Horat. 1. satyr. 1. ita expressit.

Agri-

Agricolam laudat juris rerumque peritus
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat:

Seu eorum, qui docebant publice, quos hodie Juris Professores publicos appellares, inter quos primus erat T. Coruncanus? Ipsum Justinianum toties ab Arnoldo & satellitibus vapulantem, defenderunt viri juris peritissimi, ubi potuerunt, interim tamen fatentur, quibus sal est, non raro hic bono, pio ac docto interprete opus esse, nec singula ejus pro auro vendi posse. Sed de his alibi actum fuit.

)o(

DISSERTATIO XVII.

NVMOS DVOS



Argenteum Maſſilienſium ſcilicet, & Æreum Trajani exhibens,

Qua ſimul

Ad tres orationes ſolennes IV Non. Septembr. proprio

Marte elaboratas, H. L. Q. C. memoriter habendas

Oſnabrugum doctum obſervanter & officioſe invitabatur.

§. 54.

§. 54.

In Massiliensium argenteo & Trajani æreo, utroque nitidissimo, operam nunc sumturus sum. Ille una facie Dianæ exhibet caput. Quæ, qualis & quanta olim hæc fuerit, præ reliquis refert Apuleius in Metamorph. p. m. 243. & Callimachus in hymno in Dianam, quem cum reliquis fragmentis ex recensione Grævii junioris cum ejusdem animadversionibus hodie habet orbis eruditus, ubi Autor inter alia exhibet numum Dianæ venatricis a Mitylenis percussi, a quo parum differt Cæs. Pescennii, quem evolvere possumus in Patini historia numismatum cap. 18. p. m. 132 Ex amplo Grævii commentario de Dianæ alte succinctæ vestitu quædam, eaque præcipua excerpsit Neocorus in Bibl. lib. nov. mens. Jun. & Jul. A. 1697. p. m. 174. seqq. Non raro in frontis apice gerit lunulam, & dum a me hac vice simul cum Trajano exhibetur, non possum silentio prætermittere antiquissimum illud marmor, quod Romæ in Constantini arcu adhuc visitur; Habet autem hoc Dianæ simulacrum inter duas arbores aræ impositum, coram quo stat Trajanus, cum sacerdote velato sacra faciente & apri capite, prope Deam lunulam in capite gerentem arboris trunco adfixo. Antiquissimos Romanos Patricios lunulas in pedi-

bus & calceis gestasse, nobilitatis signum, docet Plutarch. Problem. c. 101. & Juvenal. Sat. 7.

-- nobilis & generosius

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ

Et Martial. l. 1. Epigramm. 17.

Lunata nusquam pellis & nusquam toga.

Nec non Statius l. 5 sylv.

-- genitum te curia sensit.

Primaque Patricia clausa vestigia luna.

Quid? quod, Spiritus S. Es. 3. vers. 18. per שהרונים aliud nihil intelligit, quam lunas, ceu Buxtorfius recte a Chaldæorum סהרא derivat. Cur autem Procerum familiæ figuris lunularum delectatæ sint, rationem dare videtur Cæl. Rhodigin. lect. antiqq. lib. 20. c. 28. p. m. 764. scilicet, *non in secundis rebus nimis insolescendum, nec prosperiore successu efferendos esse animos inconstantiæ rerum semper memores, qua humana constituantur &c.* Ex his delectationem petunt Turci, digni sane inconstantiæ symbolo. Ratio non una datur, nec etiam satis constat. Credat Lipsius cum Busbequio Ep. qv. l. 1. Ep. 16. p. m. 235. Bizantiorum insigne lunam, Muhammedum II. in signa sua transtulisse in signum victoriæ; statuant alii lunæ crescentis figuram in omen crescentis semper imperii esse; chalybem in clypeo

peo triplicem lunatum movendis ex silice stricturis adaptum alii conjiciant; Nos hic ignorantiam nostram non diffitemur, ita tamen, ut optime sentire putemus Lydium in syntagmate S.l. 3. c. 7 p m 86. & seq. *Luna*, ait, *seu corniculata seu dimidiata Turcarum est insigne, at origo ejus non satis obvia. Luna ab antiquo Alilais, h. e. Arabia populis, qui ita ab Alila vel Alilat, quæ Luna est, culta fuit.* Hinc dicit Alilæos esse posteros Jarachi cujus mentio fit Gen. 10, 26 ירח autem lunam notare, & Arabes eos בני הלאל h. e. filios lunæ appellare, nec non appellationem eam extare apud Nubiensem; Ismaelitas quoque a Gideone fusos lunulas habuisse in ornamentis, patere ex Judic. 8, 21. & hanc esse rationem, cur Turcæ hodierni suos imitentur majores, nisi forte gentis suæ perpetuitatem & æternitatem per lunæ signum ominentur, ut Psalm 89, 36, 37. nam & illud designare numos Faustini & Severi, in quibus est lunæ novæ imago cum inscriptione, Æternitas, & Perpetuitati Aug. &c. &c. &c. Vid pl. l. c. Addi possunt etiam Colloqq. menstr. ad A. 90. p. m. nec non Hübner in quæstionib. Historico-Polit. part. 1. p. m 629. 819. Dianam fuisse Lunam putatam, Cic. in 2. de nat. Deorum p. m. 310. asserit; Venationi præfuisse non Horatius, Ovidius & Virgilius

solum, sed & antiquissimi, Hesiodus & Homerus &c scribunt, quoniam venatores ad lunæ cornua surgunt, & primo diluculo retia sua tendere solent. Ceterum cujus hæc Latonia habita fuerit, ex his constat, quod non solum eidem a Scythis hospites macłati sint teste Sabellico l. 4. p. m. 533. & eadem hominum victima placata sit, Flor l. 3. c. 4. & Freinshem. ad h. l. (quid si cum Molocho comparares?) sed & stupendum illud orbis miraculum, templum illud Ephesinum

luxuriosæ ingens Asiæ ornamentum ab Orthesiphone Grosio arte miranda extructum & quod propter famam acquirendam impius admodum Herostratus Vulcano reddidit, quem æterno silentio merito dignum nesciremus, ni Theopompus, magnæ facundiæ ingenium, ut cum Valer. Max. l. 8. c. 17. p. m. 314. loquar, in historiis suis eum comprehendisset; Inter palmarias Galliæ antiquitates ducit, Pontem Gardium, templum Dianæ Nemausi &c. Iod. Sincerus. Ornamentum Dianæ nostræ luna est. Hic obiter notamus, neque Ægyptios, neque Græcos, neque Romanos satis certos fuisse, quo genere ponerent sydus hoc nostrum nocturnum. Sive tu Deus es, sive Dea, Arnobius gentilibus terse objicit, l. 3. Spartianus in Caracalla; Dei Luni mentio-

tionem fecimus. Voss. in Addend. ad lib. 2. Idol. cap. 5. p. m. 334. Credebatur enim Ἀρσινόθηλυς. Et nos pro mare habemus, dum dicimus der Mond &c. In quo pretio fuerit apud Germanos, vid. Cæs. l. 1. de bell. Gall. p. m. 39; apud Septentrionales, Olaus M. de idolol. sept. l. 3. c. 2 nec non Christoph. Arnolds Anhang ad Alex. Ross. p. m. 15, 16. & seqq. Dianæ ornamentum & insigne esse lunulam, vidimus. Ut hic de veterum Thracum equorum lunulis taceam, lubet tria ad veterum insignia adjicere. Darius sculptum habebat equum, quod eo trahit scholiastes Thucididis, quod per equum hinnientem Rex factus fuerit. De Atheniensium noctua alibi egimus, quemadmodum Scytharum fulmen, Trojanorum sus, Augusti Sphynx, & post Alexandri imago, Seleuci anchora, Pompeji leo ensifer &c. &c. huc pertinerent. Plebeji ut plurimum imagine Principum, hodie non pauci literarum XP notis uti solent. Alia huc pertinentia vid. ap. Freher. de Origg. Palat. p. m. 106. c. 13. Schweder. part. special. sect. 1. c. 2. §. 36. Spelmannum p 35. Thevenoth. de S. I. R. summis officialibus c. 4. n. 13. Struvium de jure sigillorum 1675. &c. &c. Nota cera flava hodie in obsignatione utitur Rex Galliæ, ceu in descriptione Instrumenti pacis videre possumus; Excipe

cipe autem diem viridium, quo utitur viridi, & si exterorum supremorum Principum introducitur legatus, equus niveus, liliis undique acu pictis circumseptus, portat Regis insignia, ceu testantur, qui ipsi interfuerunt. Flava pariter usum fuisse Fridericum I. testatur epistola authentica, quæ in archivo nostro asservatur; Mantinenses Neptuni tridentem, Aristomenes aquilam utrinq; alas expandentem, Idumeneus Gallum habebat ἐπίσημον; Ulyssem Delphinum, Menelaum Draconem in clypeo habuisse, &c. &c. &c. relatum legimus. Leonem quem a f. conspicimus Nemæum ego, quem ex luna decidisse credebant, esse puto. De hoc plura Vossius l. c. l. 2. p. m. 395. & Senec. in Hercul. furente Act. 1. vers. 83. scribit:

Sublimis alias luna concipiat feras.

Bifidam Bohemorum caudam imperitiæ pictoris adscribere nolumus, priusquam major, eaque melior accesserit fides. Interim, si quis ad LL. Imperialis Leopoldinæ scripturus esset leonem [quem prisci Rom. ursum Numidicum, ceu elephantum bovem Luccensem appellabant] curiosum, ceu quidam gammarum, bufonem, anguillam, talpam &c. &c. is habiturus esset amplissimum argumentum; V. g. de Samsonis, Herculis, Polydamantis, Androdi, Friderici Oldenb. &c. le-

&c. leonibus, de hominibus & Dis leonibus, de figuris leonum, cur templorum claustris appingantur, de variis de leone proverbiis, aut a quibus in delitiis habiti sint, aut adsumti pro insigni &c. &c. &c. Agamemnonis scutum terrorem prætulisse leonis capite expressum addita hac inscriptione, Ουτος μεν Φοβος εστι βροτων, ο δε εχων Αγαμεμνων Pausanias in Messenicis narrat. Et idem Pausanias de bell. Getic.

Clypeoque animosi teste leonis.

Litera A, quam tenet, monetarii nominis initialis, numus ipse Massilensium est. Massilia totius Galliæ Narbonensis antiquissima est. Magistram studiorum, civitatem Græca comitate & provinciali parsimonia mixtam ac bene compositam, vocat Tacitus. Ab acerbitate Plautina liberat eam Rhodig. l. f. c. l. 16. c. 8. p. m. 393. qui inter alia ait: *Massilienses in eo honore & in ea dignitate fuisse apud Romanos, ac si medium Græciæ umbilicum incoluissent &c.* H. l. Μασσ. est Μασσαλιητων. Plura de hoc numo vid. apud Goltz. Ital. 36, 37. Tab. L. Beger. Thes. Brandeb. p. 361.

§. 55.

II. Æreus Trajani est. Hoc Imperatore ex SCto nemo melior erat. Plinius in panegyrico supra humanam conditionem eum collocat. Tacito beatissimi se-

ſeculi lux eſt. Eutropius, Oroſius aliique effuſiſſime in ejus laudes feruntur. Quidam Theodoricum Gothorum Regem ad cœlum laturi Trajanum appellabant. Nec defuerunt, qui animam ejus ab inferis liberatam S. Gregorii precibus magna contentione adſeruerunt, & quidem hoc duce Johanne Damaſceno, teſte Baronio ad Annum C. 604. num. 30. Contra, aliis totus eſt vitioſus hic Ulpius. Hi SCtum non faciunt pluris, quam eos qui de ſe ipſis teſtimonium perhibere non verentur, cum ſingula, quæ virtutis ſpeciem præ ſe ferre videntur, Trajani facta eo referant, ut Senatui ſe commendaret, quo eo liberius in reliquos graſſaretur. Et ſi ſcribam, quod ſentio, hos non ubique falli, ipſe mihi perſvadeo. Perierunt, vah! Marii Maximi, F. Marcellini, Aurelii Veri & Statii Valentis vitæ Trajani, quarum mentionem injicit Lampridius in Vita Alex. Severi p. 131. Si Princeps bonus domi debet eſſe ſanctus, fortis foris, utrobique prudens, profecto non parum laudis ſuæ vulgaris amittet Trajanus, præcipue, ſi offendetur inter probroſa patientiæ corpora, Καὶ παραβαίνων τὰ κοινὰ νόμιμα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως; Hæſiſſe enim circa maledictos puerorum amores aperte fatetur Dio l. 60. p. 772. (de Cæſare & Auguſto ad Svet. in Auguſto

gesto c. 60 & 70. ubi hunc offendes Apollinem agentem & discumbentem inter sex catamitas, totidemque puellas] Et ut Julius Augustum nepotem; sic Trajanus successorem reliquit impudicum a se factum consobrini filium. Vinolentiam ejus Dio prætermittere non potuit, quemadmodum & Lampridius notat, Alexandrum Severum Trajani retinuisse cônsvetudinem potandi usque ad quinque pocula post secundam mensam. Nec hoc in eo laudari potest, quod Licinii Suræ fidei omnia commiserit; Et qualem esse putabimus, si in mentem revocabimus, quomodo amplius Christianorum provincias Christianorum sangvine impleverit, de qua crudelitate ipse testatur Plinius cetera Ulpii virtutum buccinator in epist. 97. l. 10 ex qua bona pars historiæ Ecclesiasticæ primi seculi tuto peti potest. Evolvenda autem erit cum notis variorum, & præcipue Barthii ex recensione Jac. Thomasii Lipf. 1675 Non sufficiebat optimos Christianos furori Irenarcharum & Curiosorum, qui sæpe detractores & sycophantæ erant pessimi, eripere; sed delati insuper & arguti, criminis tamen scelerisque, præter fidem, puri, ab optimo Imperatore mitti debebant, si volebat esse optimus Exposuerat ipsi Plinius sexus, ordinis & ætatis innocentiam; Numquid

ita-

itaque propter thuris granum ad beſtias, ad ignem, ad furcam & ferrum vocandi & trahendi erant miſeri? Sed valeat Germanicus hic Dacicus, nolo ego in cœlo eo eſſe, in quo ille cum ſuo Plinio.

A. f. Figuram fœminudam muliebrem eamque pileatam in ſella f. cathedra ſedentem ſiniſtraque ramum genu ponenti pariterque pileatæ manusque ad prehendendum quod porrigitur extendenti, exhibet Mulier talis in Trajani numis non rara eſt. Provinciam, figura muliebris velata aut turrita, papillis exertis, in alio Noſtri notat. Non a Trajano ipſo ſed a Senatu huncce noſtrum cuſum ſignatumque eſſe, inſcriptio ſignificat quæ eſt, SPQR OPTIMO PRINCIPI. De Laconum virginibus aliquando Chryſoſtomus in concione ad populum ſermonem faciebat, quod nudæ in conſpectu virorum luctari ſolitæ fuiſſent, cujus rei fœditatem concio ita averſabatur, ut magnos ederet clamores, quod populi judicium in homil. 5. in epiſt. ad Tit. hiſce exornat verbis: πολλα υμιν γινοιτο αγαθα, οτι ουδε το ρημα ακυσαι φερετε. De pileo ceteriſque capitis tegminibus tam ſacris, quam profanis, eruditiſſime ſcripſit Theophilus Raynaudus S. J. qui tot ſcripta atque opera edidit, ut vix quisquam eruditorum hodie ſit, qui πολυγραφιαν ejus æquet, extant

enim

enim 19. volumina in fol. edita Lugdun. in Gallia A. 1667. Tractatum autem hunc de pileo celeberrimus Grævius Thesauro ſuo antiquitatum Romanarum inſerere voluit, & evolvi poteſt in tom. 6. in quo præterea præcipua de re veſtiaria legi poſſunt monumenta. In publicum prodibant tres juvenes in Athenæo noſtro hactenus ſtrenue operam navantes.

I. Joh. Petr. Marckard, *Noſtras.* non vili carmine latino ſcholas publicas privatis longe eſſe anteferendas docebat.

II. Joh. Zach. Gœze, *Oſnabr.* νυν εν αγιοις. dicebat in ſcholas publicas novatorum quorundam vanis opinionibus, utens

III. Franc. Henrich Weſterman, *Oſnabr.*

nunc intercœlites triumphans, miſſis his vanitatibus, ſtrenue ſcholarum publicarum cauſam in ſe ſuſcipiebat. Erat hic juvenis optimi Parentis, Paſtoris apud nos devotiſſimi & vigilantiſſimi, amici mei a condiſcipulatu conjunctiſſimi (qui nunc etiam inter abtos) filius,

Ego, ex quo animadverti, magnam hoc ſeculo, polito licet & eleganti, opinionem eſſe hominibus quibusdam, adoleſcentes non minus in privata ſtudiorum contentione, quam publica ſcholarum diſciplina progredi, putavi, me veritati facere injuriam ni ab illa umbratili, & ut ſapientes appellare ſolent, tenebricoſa doctrina me publice diſſentientem profiterer, doceremque ſcholis publicis nihil eſſe utilius, nihil melius. Equidem argumentum non adeo rarum eſſe novi, ſatis enim obſoletum aut, ſi mavis, antiquum eſt, quod Philoſophus 8. Polit. c. 1. ſcribit: Εχει ει το τελος τη πολει πασῃ φανερον, οτι και την αυτην αναγκαιον ειναι παντων, και ταυτης την επιμελειαν ειναι κοινην μη κατ' ιδιαν &c. Quemadmodum & multi ante me idem docuerunt; Conf. Cellottus Orat. 6. p. m. 191. de Scholl. publl. Launojus Pariſ. Theol. de ſcholis celebrioribus a Carol. M. &c. inſtauratis, Conring. de Antiqq. Acad. Nicol. Laſſæus de jure Univerſitatum, Rebuffus de privilegg. Univerſ. Liebenthal de privilegiis ſcholarium, Joh.

Joh. Volckm. Bechmann de privilegiis ſtudioſorum, Mendo de jure Academico, Franc. Junius in Academia, Meibomius de Origine Academiæ Juliæ, it. de Orig. & Off. Cancellariorum Academicorum Scheurlius, Lipſius, Spizelius, Pierius & Tollius, nec non Tenzel. in Monatl. Unterred. t. 1. A. 90. menſ. Mart. p. m. 295. & t. 3. p. m. 391. Cui videbitur, poteſt etiam evolvere Thomaſium Chriſt. Jacobi filium von den Mängeln der heutigen Academien Hall. 1688. De miſeria Doctorum ſchol. extat Honor artium Philoſophicarum cum doctiſſima præfatione Georg. Königs, nec non egregia Taubmanni Oratio quæ inſcribitur Hercules Academicus (ſi vellet, in mentem ſibi revocaret vir bonus: *Sit ludi Rector ſit pectore fortis ut Hector*) De cathedris ſcholaſticis Fautor inſignis noſter Reverendiſſ. Abbas Schmidius docte ſcripſit. Poſſemus ſi vellemus de ſcholis erigendis, de varia ſcholarum ſorte, de vulpeculis ſcholaſticis, de annoſis vulpibus,

de hypodidascalorum celebritate, de studiosorum frequentia, de disciplina, de officio Præceptorum ac discipulorum, de Orbiliis, de Inspectoribus, de festo Gregorii, de ferula & virga, de claris Rectoribus, de discipulorum gratitudine & ingratitudine, de Principibus inter scholares sedentibus &c. &c. ex Excerptis nostris multa inserere sed cum pagina prohibeat, dixisse hac vice satis esto: Deus

Da qui pie renati
Sunt, educatione
Firmentur, atque Christi
Æterna sint propago.

)o(

DIS-

DISSERTATIO XVIII.

DVOS HADRIANOS



Argenteum ſcilicet & æreum exhibens,

Qua ſimul

Ad tres orationes ſolennes, proprio Marte elaboratas, ipſisque Idibb. Martii, H. L. Q. C. memoriter habendas

Oſnabrugum doctum obſervanter & officioſe invitabatur.

§. 56.

ÆLIUM HADRIANUM in ære & argento octava hæc exhibet dissertatio. *Ælius* (Αιλιας dici, quibus duæ nupserunt sorores, constat) dicitur hic noster. Familia Ælia, plebeja licet & non Patricia esset, in Urbe non ultima, nec obscura, erat, quod non solum ex numis Ælii Pœti, sed & ex splendido illo spectandi loco, in maximo circo Flaminio Æliis consecrato, didicimus. *Ælium II.* non immerito appellare possemus Pertinacem, patre Ælio Successo libertino & mercatore natum, pertinacem nominatum, quod pertinacissime lignariæ negotiationi intentus esset. Χρηματιστικὴν olim a summis in Repl. viris tractatam haud fuisse, notum est, nec Romæ ad senatum admittebantur; Apud Thebanos ad munera publica nemo accedere poterat, nisi qui annis decem a mercimoniis destitisset. Alex. l. 4. c. 6. p. m. 190. Et quis eruditorum nescit Mercurium cum marsupio? Conf. Sir. 27, 2. Alia hodie quarundam amplissimarum Rerumpll. est facies, penes quarum capita etiam publico mercatu pretiosissima sunt venalia. Lignariæ negotiationi intentum fuisse Pertinacem diximus. Eidem se interdum dare solebat D. A. B. C. Ridicula erat rei lignariæ mercatura, ante sedecim lustra, quam faciebat M. Li-

M. Liborius Gallus Ecclesiastes Blasianus Molhusii. Disputaverat & scripserat hic contra Erffurtenses quosdam; Hi inter alia hæc ipsi minabantur: Hätten sie der Mühlhäuser Hahn/ sie wolten ihn rupfen. Verum quid Nostras? Mutato habitu Erffurtum ingreditur, ipsisque vehem ligni clavosi vendit, & paulo post iisdem dici jubet, Gallum habuisse, deplumare debuissent. Doctorum lectione dignum est tristichon Græcum, quod extat *Ælio* Romanorum fortissimo factum. Ælium Gallum inter Troglodytas integrum fere perdidisse exercitum, Strabo memoriæ prodidit. In *Ælii Donati* ære etiam nostri sunt tyrones. Primus enim est, qui de octo orationis partibus scripsit, licet ea quæ circumferuntur in Virgilium & Terentium ejus vix esse videantur. Conf. Gruter. in thesaur. l. 1. p. m. 122. & 808. nec non 757. Donatista in schola nil melius, in Ecclesia nil pejus. *Ælium Lampridium* seu etiam *Spartianum*, *Æl. Mantuam Æl. Dionysium*, *Mantianum & Pedum JCtos*, *Saturninum* Satyricum scriptis suis illustrarunt alii. Pila & fortunæ specimen erat *Ælius Sejanus*. Conf. Dion. l. 58. *Lucium Ælium* valde fuisse deceptum putamus, quod pituitam dictam putaverit, quasi quæ petat vitam. Nullibi frequentius, quam hic peccatur, nec peritis majorem risum

quicquam movet, quam tales etymologiæ, V g. Ager, quasi in eo agatur aliquid, Bischoff/ quasi bey den Schaffen/ graculi, quia gregatim volant, Chemia, quasi Chamia a Cham. &c. Add. ridiculas opiniones Bovilli, in de differentia vulgarium linguarum a Wolffg Hungaro refutatas, & Sched. nostr. Phil. Crit. Diss. 1. Thes. 5. Ecthes. &c. &c. &c. Nec placent ii, qui omnia, ut cum amicissimo meo STRUVIO loquar, ad Germanicæ L. origg. cogunt, Goropio Becano, in hac arte versatissimo, non possum non illud Morhofii, quod p. 5. de lingv. Germ. legimus, tribuere, scil. in ipso plus sensuum, quam judicii fuisse. Add. Lips. Cent. 3. Ep. 44. ad Belgas p. m. 751. Maxime raram esse etymologiam, Quintilianus docet, l. 7. Institt. Oratt. p. m. 336. Ex Germanica ortam esse latinam Lud. Praschius in duabus Dissertt. de origine Germanica L. L. & Græcam ex Teutonica profluxisse, Henr. Ursinus in Onomastico Germanico-Græco, censet, quod & ipse laudatus Morhofius in tr. de L. Teutonica demonstrare promisit. Contrarium docuerunt Michael Neander, Bernegger, Brendelius, &c. Conf. Acta Lips. ad A. 1686. mens. Aug. & ad A. 1690. mens. Sept. Convenientiam L. Persicæ cum Germ. vid. in Diss. ultima Crenii, nec non Olear. in Itin. p. m. 615. de *Ælio*

Thu-

Thurino Plinius l. 43. c. 6. p. m. 598. *Quinto JCto, Mauro, ftilone, Tuberone*, idem Plinius Agellius & Rosinus evolvi possunt. De hoc cive Isenacensi & ejus Antiquitatibus, non admodum laudabiliter judicavit Reinesius c. 15 variarum Lect. juxta Königium in voce Rosinus; sed ipse Reinesius ab aliis audire debuit, quæ forte non voluit; commentarium scil. de Inscriptionibus adeo necessarium non fuisse, præcipue cum ante ipsum Gruterus Chifletius, Pignorius, Licetus, Ursinus, & Tomasinus luculenter in eodem argumento versati fuerint. Modestius de Rosino judicat Dempsterus in præfatione Rosino præmissa. *AElius verus Antoninus* Prasino equo suo aureum simulacrum conflabat, cui & uvas passas propria manu porrigere solebat; duodecim aliquando convivas ad cœnam sexagies centenis millibus H. S. instructam vocabat. Martialem, hircum istum, Virgilium suum esse dicebat (Reginam mundo notam flosculos ejusdem promte recitare potuisse, autor vitæ ejus p. m. 98. refert, eandemque inter concionandum, aut in templo legere solitam fuisse librum ingenti pretio paratum, de tribus impostoribus', quem vere extare, ipse nunc statuo, conf. Excellent. Struvii fasciul. II. Actorum literat. in Campanelli Atheismo triumphato,

p. m. 73. in nott. seqq. & dissert. de doctis Impostoribb. §. 12. B. Tenzel in Colloqq. menstr. A. 92. p. m. 556. tradit. Add. Imman. Weber in Beurtheilung der Atheisten) *AElium Catatum* Consulem in fictilibus cœnantem, & *sedecim alios* cum uxoribus & liberis aliquando in eadem domo habitantes, offendimus apud Valer. M. l. 4. c. 4. & Alex. supra cit. l. 3. c. 11. p. m. 139. *AEliam Catulam* ditissimam XXC. annos natam in ludis a Nerone institutis commode saltavisse, ex Dione Xiphilinus p. m. 198. refert. De Æliæ dentibus Martialis l. 1. Epigr. 19. jocatur. Oedipus esto, non Davus ænigma soluturus, quod Bononiæ in marmore antiquissimo legitur, & est:

Am Pp. D.
Ælia Lælia Crispis nec vir nec mulier
nec Androgyna nec puella nec juvenis
nec anus nec meretrix nec pudica
sed omnia
Sublata nec fame nec ferro nec veneno
sed omnibus
nec cœlo nec terris nec aquis
sed ubique jacet
Lucius Agato priscus nec maritus
nec necessarius neque mœrens neque
amator gaudens neque flens

hanc

hanc nec molem nec Pyramidem nec
sepulcrum
Sed omnia
Scit & nescit quid posuerit
Hoc est sepulcrum intus cadaver non
habens
Hoc est cadaver intus sepulcrum non
habens
Sed cadaver idem est & sepulcrum sibi.

Commentariolum ad ænigma hoc edidit Barnaudus a Crista. Ricardus Vitus de Niobe in saxum conversa, Marius Mich. Angelus de pluvia, Joh. Turræus de materia prima, Fr. Schottus de Eunucho, Nicol. Bernaudus de lapide Philosoph. Boxhornius de umbra, de filia Lælio nascitura & Agathoni sponso designata Conrad Carolus Cæsar intelligit, & alii aliter interpretati sunt. Plura vid. in Act. Erud. ad A. 1684. mens. Jun. p. m. 264.

HADRIANUS noster etiam appellatur Ælius, ab Adria s. Hadria procul dubio, quæ erat Thuscorum colonia & urbs inclyta. Nomen hoc non displicuisse multis, iisque in celsis sedentibus speculis, ex innumeris docet nos Adrianus Cos R. testantur sex Pontifices Mm. Cardinales, Martyres, Sophistæ, Rhetores & Poetæ. Inter literatos præcipui sunt, Junius & Turnebus,

bus, qui, quomodo efferri voluerit, tetrasticho hoc significavit:

Venimus in lucem hanc fastu sine, sic sine fastu
Ad veram lucem quemque redire decet.
Hunc cinerem cineri mandate; At credite mentem
Ad patrem lucis, qui dedit, ire, Deum.

Hic noster ex Ælio Hadriano Aphro patre Trajani, a quo adoptabatur consobrino, & matre, Domitia Paula natus, post pueritiam statim habitus fuit adolescens peritus (Angelo P. in Adolescente U potius quam O placuisse, legimus in epistola ejus 3. l. 5. p. m. 140, ubi sale fricat Barptolomæum Scalam, quod in U hoc composuisset tetrastichon sene & viro gravi indignum) eruditus utriusque lingvæ & Matheseos, sed ambitiosus, invidus magis, quam æmulus, varius, ac interdum minus prudens, venandi studio ad insaniam usque deditus, pedes per amplas imperii provincias peregrinationes instituens, intecto capite Alpium nives, & Ægypti ardores passus, lardo, caseo & posca contentus, Antinoum puerum pulcherrimum tanto amore complectens, ut templa ipsi exstrueret, inter Divos referret, urbem in gratiam nominis ejus conderet, & imaginem numis in-

insculperet. Adrianopolis, Turcis hodie Endrene, olim Oresta, ab eo nomen & incrementum accepit. Vid. Busbeq. ep. 1. p. m. 46. Murum portentosæ molis a mari Germanico ad Hibernum usque oceanum contra Pictorum Scotorumque incursiones, extruxit; Hierosolyma (Salem olim, dein Jerusalem, post in geminæ urbis fata, ceu antiquitatis Ebraicæ stator insignis D. Herm. v. der Hardt Fautor noster colendus in Sipphara sua p. 55. nuper docuit, Jeruschalaim, & ne jod quidem expresso, imo nec vocali י suo loco posita, sed irregulariter plane ad literam ם relegata, cui insolentissimo modo subjecta, indubitato veteris, consvetudinis teste nominum propriorum molli inflexione ad certa trahendi argute fata) restauravit, Æliamque nominavit, quam Turci hodie Koudscherif, vel Koudzumobarech, aut etiam ElkodsJambrich & Kusimbarich, Arabes vero Baid Alkmades, Baid Akos seu Alkods, appellant. Primus inter Imperatores conspicuam aluit barbam. Neronis lanuginem in numis nec conspicimus, nec curamus. De barba supra in Dissert. 9. §. 38. Decad. 1. egimus, nec iis hic aliud adjicere lubet, quam quod traditur de Venere barbata, de qua vid. Cæl. Rhodig. l. c. p. m. 641. & Chartarii theatrum per Hachenberg auctum

ctum p. m. 223, Add. Antonii Hotomanni Πωγωνία, seu Dialogus de Barba Lugd. B. in 8.

De utriusque facie aversa charta pauca permittit. Lilium, figura muliebris vestem levans, in manu tenet, spei typum. Eundem florem dextra tenet Wedekindus, prout conspicitur in saxo suo Angariæ. Fridericum Imp. in throno sedentem, ex Gelenio, duobus liliis superne ornato, in epistola erudita de numo Friderici II. ad me scripta & Jenæ A. 1701. impressa exhibuit hodie Adm. Rev. D. M. KELLERHAUS ex Discipulo & domestico, jam Fautor & Amicus multis longe præferendus. Lilium vitam candidam, incorruptam, aut etiam virginitatem &c. notare, vide Picinell. mund. Symb. l. 9. c. 14. p. m. 657. seq. Spei figuram Romanis fuisse, in numis Alexandri, Æmiliani, Claudii Impp. & nostri Hadriani legimus. In sacris, & Christi & SS. Angelorum hieroglyphicum esse, tradit Pierius in hierogl. lib. 55. c. 10. p. m. 688. Addatur lectissimus noster Amicus ac Fautor Adm. Rev. D. Olearius in Anastasi Agnesæ Abbatissæ Quedlinb. p. m. 15. sed quid de liliis Gallicis; De his prolixe agit Chifletius in Lilio Francico veritate historica, botanica & heraldica illustrato Antw. 1658. in f. Tres bufones olim fuisse, consentiunt

ple-

plerique antiquarii ſeu propter lacus passim obvios in Transjurana, ſ. propter oleum bufonum contra ſtrumas remedium præſentiſſimum in tot lilia dein commutatos, Conf. Paullinum in Bufone curioſo p. m. 58. & p. 100. nec non Borell. c. 4. ſ. 38. Clodovæum I. autorem eſſe, referunt Gregorius Turon. l. 2. hiſt Franc. c. 31. & Stangefolius in Annal. Weſtph. p. m. 404. ſeqq. Alii, licet exigua aut nulla fide, tres coronas verterunt. Plura legi poſſunt in Colloqq. Menſtr. Tenzeli ad A. 90. menſ. Auguſt. p. m. 814. In patria nunc & Weſtphalia mei verſabantur Oratores.

1. Franciſcus Henr. Weſtermann, *Noſtras*.

nunc dum Oſnabrugo (Oſenburgum vocat Autor ſpeculi Saxonici, Oſnabergam Rolevinccius interdum etiam, quod & Kranzius facit Oſnaburgum, Aſnaburgum diploma Hludovici pii habet, Aſa Haſa ſ. Oſaburgum primitus appellatum fuiſſe, mihi fit valde veriſimile, & quam vellem præter Erdmanni Conſulis, Hamelmanni Superintendentis, & crudos Bellingkhuſii XI. tribuum famuli rhythmos plura de urbe noſtra

noſtra extarent) vale dicebat & ſalutaturus Muſas Regias, ejusdem Admiranda carmine heroico, cantabat finemque dicendi modeſte; ex quo Patronis ſe commendaverat decenter, faciebat.

II. Joh. Caſpar. Dowii, *Oſnabr.* Fata & res præclare geſtas Epiſcoporum Oſnabrugenſ. recenſebat. Juvenis hic ſeriem ſummorum Præſulum noſtrorum dabat, erantque: WIHO MEINGARD, GOSWIN, GOSBERT, EGBERT, ſ. ENGELBERT, EGILMAR, DODO, DROGO, LUDOLPH, DODO II, GUNTHAR, WALGALPH, DITMAR, MEINER, GOSMAR, ELVERICH, WERNICHER ſ. BENNO II, BENNO II, MARQVARD, WIHO I, JOHANNES, GODSCHALCK, DITHARD, UDO, PHILIPP, ARNOLD, GERHARD, ADOLPH, ENGELBRECHT, BRUNO, WEDEKIND, BOLDEWIN, CONRAD, ENGELBRECHT III, GOTTFRIED, JOHANN ab Hoya, MELCHIOR D. B. & L. DIEDERICH, HENRICH, OTTO, JOHANNES III, ERICH, HENRICH II, ALBERT, RUDOLPH, CONRAD III, CONRAD IV. ERICH, FRANZ, JOHAN-

HANNES IV, HENRICH III, WILHELM, BERNHARD, PHILIPP SIGISMUND D. B. & L. FRANZ WILHELM Cardin. ERNEST AUGUST Elect. & in quem multum benignitatis conferat Deus, CAROLUS DUX Lothar. Ceterum de constitutione Episcoporum evolvi potest Conring, nec non Caspar Ziegler in Comment. de Episcopis Norib. 1686. 4. Jac. Usserius de Episcoporum & Metropolitanorum Origine Lond. 1681. in 8. Henr. Meibom. de jure investituræ Episcopalis. Carol. Bruschius de omnibus Germ. Episcopatibus. Est mihi Historia MSCta pervetusta Episcoporum Leodiens. Olim dictos fuisse speculatores vid. Dilherr. t. 5. Dispp. Philol. p. m. 204. seqq. De Episcopatibus a Carol. M. fundatis vid. Gryphiander de coloss. Weichbild. c. 36. De lituo, quem aliquando Cambotam s. Cambutam vocarunt, du Fresne in Glossar. p. m. 696. de pallio præter Sleidanum, in peculiari Dissert. Rechter.

111. Conradus Specht, *Leerbav. Frif.*

Commendabat Weftphaliam. Rerum VVeftphalicarum fcriptorum volumina duo opera Confultiff. VVASSERBACHII propediem vifuri fumus; addi potuiffent Stangefolii Annales; Hortlederi antiqua VVeftphalia &c. &c. &c. nec non Reverendiff. FERDINANDI Epifcopi Paderb. Monumenta, Nic. Schaten S. J. Hiftoria VVeftphal. & Cafp. Sagittarii Differtatio de VVeftphalia præmitti potuiffent. Ridiculam VVeftphaliæ laudem offendimus apud Rolevinc. p. m. 125. Dignis modis VVeftphalos flagellantem ita,

VVeftphali
alii boni, alii mali
funt tamen in gratia Principali
magnis muneribus videas onuftos
an, quia patrius panis reddit robuftos?
eos cœcutire eft commentum
hodiè unus oculus VVeftphalicus acutius videt
quam alii centum
inter alia excipit Poeta:

Pom=

Pompernickel thuts wol nicht
Daß die Männer aus Westphalen
Groß durch ihre Ehren strahlen
Haben so ein scharff Gesicht.
Kaum soll diß in tausend Jahren
Sieben Brüder widerfahren.

Sunt mihi quædam, ad VVestphaliæ tam, quam præcipue Illustris Osnabrugi antiquitatem pertinentia, quæ aliquo modo curiosum Antiquarium juvare possent; & dabitur forte aliquando occasio de his agendi pluribus.

)o(

DISSERTATIO XIX.

Antoninum Pium æreum, & Faustinam argenteam exhibens,



Quæ simul

Ad tres Orationes solennes proprio Marte elaboratas & prid. Cal. Septembr. H. L. Q. C. memoriter habendas

Osnabrugum Doctum observanter & officiose invitabatur.

§. 57.

§. 57.

Hadrianum vidimus nuper. Insanivisse eum amoribus Antinoi, constat ex numis tam, quam statuis, & templo apud Mantineam eidem constituto, teste Xiphilino p. m. 316. Non operæ pretium fuisset propter catamitum huncce & Pathicum scelestissimum Viro in re numaria versatissimo & peritissimo ex Parnasso tam grandia facere convitia. Contra dignitatem enim Domini Eggelingii novem ante annos acriter locutum fuisse legimus personatum Janum Rutgersium, qui est J. R. Sch. Gu. olim R. (cetera de re literaria non male meritus) in epistola de orbe stagneo seu reprobo Antinoi: Quasi novus homo in scenam prosiliisset, & sibi publicam rei vetustæ numariæ censuram sumsisset, aut arrogasset is, qui antiquitates Græcas & Romanas labris vix ultimis attigisset! Quis putaret tale de viro diu ac multum in rei numariæ notitia versato adeo, ut celeberrimus Patinus suis ipsum dignum judicaverit literis eruditissimis, eique non insilierit ita, ceu mortuo aut senio confecto leoni solent lepores? Numquid propter orbem stagneum necesse erat indignis modis bonum excipere virum doctisque charum? Esto stannum esse metallum imperfectum; Annon propterea poterat esse

 immor-

immortalis ac parandæ gloriæ instrumentum & indicium? Quid fieret chartaceis &c? Quid olim Saxoniæ numismaticæ Wermuthii &c. &c. nitidissimisque ex argento tam, quam stanno factis, integramque fere lapsi & currentis seculi historiam exprimentibus quondam accideret? Antinoum, seu in Nilum ceciderit, seu immolatus fuerit, muliebriter lacrumasse Hadrianum, constat. Sed mittamus hæc & monstrum Spori Neronis simillimum, & inspiciamus Antonini æreum.

§. 58.

I. PIUS noster & quidem inter Imperatores primus a Senatu appellatus, quod servaret eos, quos Adrianus morti destinaverat, ipsumque Adrianum, qui licet aliquando ipsum interficere conatus, defunctum pia memoria prosequeretur adeo, ut etiam templum ei construeret & immensos decerneret honores. Pietatem respicere Deum, patriam, parentes &c. &c. discunt pueri. Ethnicis, & quidem sanioribus ante omnia curæ fuisse, cum aliis, testatur Plato l. 6. de Legg. ubi impios perpetuæ pœnæ reos pronunciat; Εξεργουμενοι αν μη εκοντες τοιουτοι δικας ασεβειας δια βιου παντος τω εθελησαντι παρεχειν. Veram pietatem a solo Deo doceri homines, idem in fine de legg. his ostendit verbis: Αδυνατον τη θνητη Φυσει

φυσει ειδεναι περι της ευσεβειας, ει μη Θεος υφηγοιτο. Et hujus Pii nostri tempore sapientiores gentiles Deo supplicasse sic, Κυριε ελεησον, ex Arriano nobili ejus temporis scriptore, refert Vossius de Orig. & progress. Idolol. l. 1. p. m 15. [Hic non possum non notare inconditum & imperiti vulgi illud barbarum κυριε ελεισον) In publica concione non minori reverentia mysteria sua tractasse, vel ex Apuleji aureo asino p. m. 250. & quidem formula: Λαοις αφεσις, constat. Ego de horum pietate cum Isidoro (l. 4. Ep. 53.) ita: Ευδοκιμοι οι τω εμφυτω νομω παιδαγωγηθεντες, και το τε Θεε πεποιηκοτες, εχει γαρ η φυσις εν εαυτη των αρετων ακριβες και αδεκαστον το κριτηριον, αλλα ο Χριστος ελθων εκ των ερανων μονος πρεποντα δογματα εθεσπισε. Et quidem præcipue ex quo, ceu loquitur Apostolus Rom. 1. 22. Φασκοντες ειναι σοφοι εμωρανθησαν vid. vers. 23. 24. 25. &c. pietas eorum magna passa fuit jacturam, nisi dicere velis, Sapientum pietatem in plebis gratiam innumeris involutam fuisse superstitionibus, quid? quod, impietatibus, ceu queritur Seneca in fragmentis libri, quem contra superstitionem scripsit, ut habent fragmenta Senecæ mei, & Augustinus de Civ. D. l. 6. c. 10. p m. 365. seqq. ubi inter alia: *Sacros, immortales inviolabilesque Deos in materia vilissima atque immobili*

bili dedicant. Habitus illis, hominum, ferarum & piscium &c. induunt. Et paulo post: *Ille viriles partes sibi amputat, ille lacertos secat &c.* It. *Faciunt tam indecora honestis, tam indigna liberis, tam dissimilia sanis, ut nemo fuerit dubitaturus, furere eos &c. &c.* Pietatis specie & nomine hactenus in universa Europa pleraque turbata fuisse valde, vah! & lippis & tonsoribus notum est. Quietistas execratur Italia, Rigoristas Gallia & Belgium, Præcisistas ægre fert Britannia. Et quis ferret Separistas? Sumant sibi scalas Acesii hi soli & scandant cœlum. Equidem seipsos isti רגעי־ארץ les paisibles de la terre, terræ quietos, pacis amantes ex Psalmo 35. 20. appellant. At a laudatis, non seipso, laudari, tandem suprema laus est. Conf. Joh. 8. 54. Detrahenda est [*Chiliastis ait B. Gerhardus de Consummatione seculi* §. 80.) Pietisticæ opinioni larva, quocunque tandem minio pingatur, ac quacunque cerussa obducatur. Originem Pietismi scripserunt quidam, sed non aliter ex his nonnulli, ac famosus ille omnis historiæ corruptor Arnold Historiam suam Ecclesiastico-hæreticam, in qua non faciem matris suæ, sed pudenda inspexit. Extat Speneri wahrhafftige Erzehlung Crœsi Pietistarum Historiæ opposita, quæ erat olim præfatio der Erinnerung ad Imaginem

ginem Pietiſmi, cui vero Facultas Theol. Lipſ. opponebat: Unterthänigſten Unterricht etc. Autor Imaginis Pietiſmi, qui eſt I. B. C. νῦν ἐν ἁγίοις fuco non utitur, dum quoque bis, Achillis infeliciter admodum hactenus præliantis, ictus, queis im Bericht und Erinnerung aërem verberavit, vento mandavit, non omne eſſe aurum, quod in Narratione Speneriana nitet, ſed veris multa mixta eſſe falſa, demonſtravit. Hiſtoriam univerſalem Pietiſmi aliquot voluminibus in fol. propediem Orbi erudito conceſſurum eſſe Sam. Schelgwigium, percepi ex filio, patriarum virtutum ex aſſe herede. Hiſtoriam Pietiſmi Weſtphalici quod ſpectat, & illa aliquando videbit lucem, cum Appendice Impietatis nefariæ manus Witgenſteinenſem Comitatum turbantis, quemadmodum hæc ex ipſis Actis iisq; publicis prolixe monſtrabuntur. v. g. dabitur Inſtrumentum über die Verhörung Herrn M. Marquards/ des Kloppers und anderer mehr zu Laubach 1700. Hochmans Glaubens Bekäntnüß; Addentur Acta Laſſphe den 3. Decembris 1704. & Reſponſa ad Interrogatoria Appenfelders/ Winters/ Butleriæ, Calenbergiæ, Treffurti, Reutheri, Scheibeiſenii & Scheibeiſeniæ, des Fechters/ der Schnurin/ Winters und der Butlerin; Supplica pro avertenda Inquiſitione,

Dilthey Confeſſio, LVI. Articuli Confeſ-ſionis, Continuatio Actorum & Confrontatio, Regiminis Paderbornenſis Inquiſitio, Literæ quædam & Epiſtolæ de proprietatibus Matris Virginis & partu ejusdem; Abermalige Supplique der Buttlerinn; Tertia Continuatio, cum copia Reſponſionum, und weitere articulirte peinliche Amts Anklage Fiſcalis Witgenſt &c. &c. nec non Francofurtenſium Theologorum Reſponſa &c. &c. quæ ſingula illuſtrari poſſunt variis, iisque eruditis Metropolitani Haſſiaci, Viri cordati & orthodoxi, aliorumque Clariſſimorum Virorum teſtimoniis & literis. Nec dum peſtis hæc laxatur, ſed indies ibi magis magisque aggraveſcere videtur, me vero eo magis malum hoc male habet, quod inter nefarios iſtos reperiantur quidam, qui olim qualicunque mea informatione uſi ſunt. Increpet Dominus hos, & convertat illos, *και ο Θεὸς της ειρηνης συντριψαι τον Σαταναν υπο τȣς ποδας ημων ην ταχει!* PIUS HIC NOSTER appellatus fuit Princeps; Non ſane ſimulavit pietatem, quod feciſſe Tiberium in Diſſ. V. Decad. I. demonſtravimus; ſed talis, qui nihil ſine maieſtate Numinis aut publicæ aut privatæ rei ageret, ceu de Athenienſibus loquitur Juſtinus l. 8; Nunquam conſidere in curia quenquam patiebatur, priusquam thure

thure ac mero supplicasset apud aram ejus Dei, in cujus templo coibatur, ceu sanxerat Octavius, teste Suetonio in Aug. c. 35. Scipionem Africanum solitum fuisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in capitolium ventitare, ac jubere aperiri cellam Jovis, atque, ibi solum diu demorari, quasi consultantem de Repl. cum Jove &c. &c. Gellius autor est l. 7. c. 1. p. m. 241. Cum Numa Pompilio Eutropius l. 7. p. m. 501. hunc NOSTRUM FULVIUM BOJONIUM confert; At quid Numa, cum ei nunciaretur adventare hostem cum ingenti exercitu? *Ego vero sacrifico*, respondisse fertur. Eruditionem Caroli M. ultimus prædicabit, Orator, pietatem secundus, quantum ratio instituti postulabit. De hujus pietate Crantzius Metrop. l. 18. post alia: *Ecclesiam mane & vesperi, nisi magna causa intercederent, item nocturnis horis & sacrificii tempore, quoad valetudo permitteret, impigre frequentavit &c.* PIUM NOSTRUM præcipue propter clementiam dictum fuisse, notat laudatus Eutropius l. c. p. 302. & quid Principe dignum magis, quam clementia? Vid. Zwing. theatrum p. m. 2693. Hinc enim dicuntur non gestrenge/ sed gnädige Herren/ qua appellatione hodie etiam genere nobiles rite malunt delectari, ac ista olim patres & majores illorum. Inter Germa-

manos merito Pius dictus Ernestus Gothanus S. D. quod non solum nil sine majestate divini Numinis, aut privatæ unquam aut publicæ rei, ceu supra de Atheniensibus locutus fuit Justinus, ageret, sed & præcipue ea, quæ ad cultum publicum eumque sacrum pertinent, omni conatu & devotione promoveret, ceu ex Bibliis glossatis, quæ auspiciis ejus Noribergæ excusa sunt, [Encomium horum Bibliorum & glossatores paulo aliter recenset G. Vockerodt in Introductione in Notit. Societt. litt. c. 1. p. m. 7, 8. &c. Huic junge Monatl. Unterredung A. 1693. p 816. seqq. De Autoribus horum Bibliorum agit El. Martinus Eyringius in Vita Ernesti Pii c. 19. a convitiis Erbermanni vindicata edidit Joh. Musæus A 1663) & quæ B. Musæus quinque Dissertationibus eruditissimis mascule defendit; [Glossatores erant: *In Genesin* JOHANNES GERHARD. D. & PP. Th. Jenens. de quo scribitur, quod libros manu sua scriptos nunquam correxerit, & quod solitus sit dicere: Etiamsi Biblia Germanica Lutheri nullibi reperirentur, se integra eadem ex memoria sua depromere & restituere velle. *In Exod.* M. ILSCHNERUS, Archi Diaconus Sondershusanus. *In Levit.* D. ELSNERUS PP. Theol. Erfurt. *In Numer.* D. ZAPFIUS Th. PP. Erfurt. *In Deut.* D. GROSSCHAIN.

Con-

Concion. Aulic. Vinar. *In Jos. Jud. & Ruth.* M. MYLIUS Conc. Aul. Cranichfeld. *In 1. & 2. Sam.* M. HUBMEIERUS Superintend. Heldpurg. *In 1. & 2. Regg.* M. MOSE, Archi-Diac. Ordruvianus. *In 1. & 2. Paralip.* M. MULLER, Archi Diac. Jenens. *In Esr Nehem. & Esther* PAUL SLEVOGT. Ling. Græc. & Ebraic. PP. Jenens. *In Jobum* JOH. MICHAEL DILHERR t. t. Theol. & Phil. PP. Jen. qui dein Noribergæ Joh. Sauberto in utroque munere successit, quique quod A. 1658. d. 7. Aug. tribus distichis in Bibliotheca Norib. Imperatorem excepisset, & in reliquis eidem ex asse respondendo satisfecisset, paulo post ab eodem missam dono accepit catenam auream magni pretii cum appenso numo iconico, quemque non solum Hamburgenses & Rex Daniæ; sed & Gustavus Adolph. & Augustus D. B. & L. & Carolus Gustav. Rex Suec. & Joh. Georg. II. Elect. Sax. suum esse volebant, at, missis & spretis amplioribus provinciis Norib. A. 1669. pie obiit, ex quo numos suos antiquos s. aureos, s. argenteos, s. etiam æreos Collegio Sebaldino una cum Bibliotheca donaverat. *In Psalmos* D. SALOMON GLASSIUS Th. PP. Jen. & Philologus sine pari. *In Esaiam* D. JOH. WEBER Superint. Ordruvian. *In Jerem. & Thren.* M. KROMEIER Superint.

rint. Vinar. *In Ezech.* D. ANDR. KESLER Superint. Coburg. *In Danielem laudatus* GERHARDUS. *In Oseam, Joel, Amos & Obadiam* M. TILO Archi Diac. Gothanus. *In Mich. Nahum & Habac.* M SCHUNCCIUS Superint. Waltershusan. *In Zephan Hagg. Zach. & Malach.* M. EVENIUS Consil. Scholasticus Vinariens. *Apocryphos* omnes, excepto Siracide, illustravit D. KESLER, *Istum* vero D. MENGERING Conc. Aul. Altenb. *In Matthæum* M. PRÆTORIUS, Superint. Schleusing. *Marc. & Luc.* M. OLEARIUS, Superint. Schmalcaldens. *In Joh.* D. GERHARD. *In Acta* D. MAJOR PP. Th. & Superint. Jenens. *In Epist. ad Rom.* M. LIPACH Superint. Neustad. *In Epist. 1. & 2. ad Cor.* D. HIMMEL Prof. Th. Jen. *In Ep. ad Gal. Ephes. Philipp. & Coloss.* M. SUTORIUS Superint. Eisenberg. *In 1. & 2. Thess. 1. & 2. Tim. it. ad Tit.* M. GREBIUS Superint. Regiomont. in Franconia. *In Philem. 1. & 2. Petri* M. SEILERUS Archi Diac. Vinar. *In 1. 2. & 3. Joh.* D. MAJOR. *In Epist. ad Ebr. Jacob. & Judæ* M. NEANDER pastor Lobstetensis. *In Apocal.* GERHARDUS. *Universum opus* confectum denuo *perlustrarunt* D. JOH. GERHARD. D. JOH. MAJOR. D. JOH. HIMMEL. JOH. MICH. DILLHERR. & D. SALOMON GLASSIUS) nec non Concordantiis Lan-

ckisianis,

ckiſianis, quæ non minus promotore eo magnis ſumtibus prodierunt Lipſiæ, patet. Utrumque librum divinum, qui recte novit, ad genuinæ pietatatis incrementum valde utrumque profuiſſe hactenus, ſatis novit. Concordantias has in peculiari tractatu eoque valde erudito celebravit, earumque uſum monſtravit Andr. Glauchius Lipſ. 1682. Add Joh. Henr. Feuſtkingii Hodegeticum Concordantiale, ſeu de recondito Concordantiarum Lanckiſianorum uſu in homiliis, Lipſiæ 1699. Plura haberem, quæ Principis hujus genuinam & orthodoxam pietatem illuſtrare poſſent, ſeu ad verbi Miniſtrorum & ludorum Magiſtrorum exiſtimationem, dignitatem &c. ſeu ad auditorum & ſtudioſorum alumnorumque ſalutem tam hujus, quam futuri ſeculi pertinentia; Qui vult, inſpiciat ejus mortis ſolemnia. Unicum, cum dignum laude virum [quanto magis Principem tantum!] Muſa vetet mori, ſicco, quod ajunt, pede, præterire non poſſum. Memini me puerum ex Viris Theologis ac fide digniſſimis quondam, vel ipſo obitus Theodoſii hujus Noſtratis anno, relatione percepiſſe, ipſum in animo habentem, quo ſinguli, ſeu imi ſeu ſummi ſe publico examini catechetico in templis inſtituendo coram ſiſterent, ſubtrahentibus vero ſe proceribus ac

ami-

amicis, manu prehendisse Serenissimam conjugem, dixisseque: Prodi mecum dulcissima Conjux, Tu vero Domine Doctor ex nobis fac periculum, quantum in Catechesi profecerimus, & unde discant Ministri nostri sibi quod ex usu sit. Plura ad Principis hujus vere & maxime Pii laudem spectantia, vid. ap. Pfefferkorn in Annall. Thür. & quidem in Indice, in voc. ERNST. D. S. Sed ad Antoninum nostrum. A. f. sistit Victoriam alatam, pileatam & seminudam una cum protensis hasta exuviis & epigr. *Imperator II.* De singulis his diximus quondam supra sigillatim. Hinc missis his, hic inspicimus *Argenteum* Divæ FAUSTINÆ & Cererem in cathedra hastatam. Faustina hæc est. (De numo Anniæ Faustinæ vid. Bücher-Saal 13. Oeffnung p. m. 45. & seqq.] Equidem non adeo fausta aut etiam pia, Filia Annii Veri. Augustam quidem a S. P. Q. eam appellari passus est, licet de impudicitia ipsius eidem satis constaret, de qua etiam testabatur non procul a proprio stemmate cadens Faustina junior, impudicissima illa & uxor & consobrina Marci Imp. amore gladiatoris penitus tabescens, cujus epoto cruore sanata ita, ut Geminum & Commodum in lucem ederet. Hic quam robustus pariter fuerit gladiator, Scriptorum referunt monumenta

numenta. Puer XII. annorum adeo crudelis erat, ut balneatorem in fornacem conjici juberet. Nihil ipsi frequentius, quam in lucem potare, contubernio indulgere, cum sexcentis utriusque sexus prostibulis per convivia & balnea debacchari &c. &c. &c. De ipso scitu dignum judicat Cæl. Rhod. LL. Antiqq. l. 17. c. 29. p. m. 527. quod apud Cajetam conditiones sibi, & nauticas & gladiatorias, elegerit, h. e. bene nasatos & draucos sibi conquisiverit, qui lastaurum agerent valide. Ceterum Faustinarum, Faustarum & Faustorum nomen ut plurimum infaustum fuisse, relatum legimus. Faustam suam, seu potius dedecus & malum familiæ, ita lusisse Faustum Syllam Syllæ F. *Miror sororem meam, cum fullonem habeat, maculam habere*, refert Macrobius l. 2. c. 2. p. m. 292. habebat autem duos mœchos, Fulvium fullonis filium & Pompejum cognomie Maculam. Flaviam Faustam, Constantino M. admodum infaustam fuisse uxorem, seu libidinosam, seu injuste accusantem privignum, putes, constat. Et quem latet infaustus ille Faustus Socinus, Diaboli ultimum illud excrementum? Cujus sordes qui cupit, inspiciat Prælectiones ejus Theologicas Racoviæ typis Sebast. Sternacii A. 1609. & ibidem denuo 1627. editas, Dispp. ejus, de J. C. Servato-

tore 1594. & de Pædobaptistarum origine. It. Disputt. contra mulieres 1595. & de statu primi hominis ante lapsum; vitam vero & mores offendet in Anti Sociniano Scherzeri p. m. 11. nec non Gerh. Ashwelli Dissert. de Socino & Socinianismo Oxon. 1680. in 8; Ut nihil de infausta aliquoties in theatro exhibita fabella Fausti dicam, quæ edita est Hamburgi cum admonitionibus Georgii Rudolphi Widmanni, vid. Bang. Cœl. Orient. p. m. 67. Addatur Anonymi Historia D. Fausti. De Cerere seu Erinny, seu Calabria, seu Ompnia, seu Mysia, seu Phigalensium nigra, seu Sicula, seu Chtonia, quæ dubio procul reliquis præferenda &c. &c. cum pleni sint Mythographi, piget verbum addere; verba hac vice faciebant

I. Joh. Henricus Schaaff, *Bielefeld.*

II. Joh. Caspar. Ameldung, *Nostras &*

III. Georg. Heinric. Reitmann, *Hervord.*

Iste, OSNABRUGUM ETHNICUM enarrabat; Ille unicus optimæ matris viduæ filius ac unica spes, Joh. Wilh. commilitonis Jenensis olim mei, post S. P. Q. O.

Q. O. Secretarii, filius, Henrici, nepos & pronepos, hodie cœli civis OSNABRUGUM enarrabat CHRISTIANUM; Hic, OSNABRUGUM DOCTUM coram ſiſtebat. *Primus* inter alia antiquiſſimum veteris ſuperſtitionis Oſnabrugicæ monumentum, turrim Bock/Buch aut etiam Buk eſſe demonſtrabat, rationesque ſolidas recenſebat, deinde Juterbock, Zernebock ſ. Zernebuch, Belbuch &c. &c. præcipue Weſtphalorum fuiſſe Deaſtros, docebat. *Secundus* reſtitutam olim amiſſam per Carolum M. Evangelii facem &c. exhibebat. *Tertius* eruditione Oſnabrugum nunquam ulli VVeſtphaliæ urbi ceſſiſſe, cedere, aut etiam ceſſurum, palam faciebat. Non vero ſingulos, ſed ex priſtinis paucos nominabat: v. g. ex VVeſtphalis, GROPPERVM Cardinalem, FERDINANDUM Epiſcop. Paderb. CASP. KLOCKIUM, AFFELMANNUM, VARENIUM hujus avus enim fuit Joh. Varenius, Herfordienſis civis, KLOTZIUM, ERNESTUM COTHMANNUM, FEUERBORNIUM, BUX-

TORFIUM, ALEXANDRUM HEGIUM, JOHANNEM OLEARIUM cujus pater Vesaliæ dicebatur Kupfermann quique operam suam oleo exprimendo navabat. TILEMANNUM HESHUSIUM, JOHANNEM LEWENCLAVIUM, REINERUM REINECCIUM, JOHANNEM RIVIUM, GOBELINUM PERSONAM &c. Ex Nostratibus vero, CAROLUM Imperatorem ipsum, quem non sine ratione nostratem apellare possumus, JOH. HOUDT, J. U. D. & Episcopum, ERDWINUM ERDMANNUM, Consulem, FRIDERICUM STAPHYLUM, HERMANNUM HAMELMANNUM, DOMANNUM, WOLFFGANGUM HELVICUM, Vid. hujus Warnung an die Bürgerschafft zu Osnabrück sich vor Joh. von Munsters Postillen zu hüten Osnabr. 1619. in 4. It. Joh. von Munsters Verantwortung seiner so genanten Adelichen Vortlagischen Hauß-Kirchen Postill Frf, 1619. It. Wolffgang Helvici Antwort

wort auf diese Apologia 1620. POLLIUM, OTTONEM WILLENIUM, JOH. GISENIUM, MEIBOMIOS, (M. GRABIUM, Martinus Meibaum enim pater Henricorum Osnabrugum habuit patriam, juxta Hamelm. VI. de viris Westphal. illustribus, filium autem sequi originem patris & avi, constat inter JCtos; HULSEMANNUM, vah quantum Theologum! qui pariter Patrem habuit Henricum Osnabrugensem, THEODORUM REINCKING, vah quantum JCtum, cujus avus Johannes Reincking ob summam prudentiam in Senatorum nostrorum ordinem receptus A. 1570. suo officio summo cum virtutis laude perfunctus est.) HALLERVORDIUM, STRACKRIANUM DURFELDIUM (de WOLFFGANGO MUSCULO acturi sumus ὡς ἐι παρόδω) &c. &c.

)o(

DISSERTATIO XX.

eaque ultima

Argenteum F. Aciliæ & Antonini P. æreum exhibens,



Quâ simul

Ad tres Orationes solennes proprio Marte elaboratas & VIII. Idd. Martii H. L. Q. C. memoriter habendas

Osnabrugum Doctum observanter & officiose invitabatur.

§. 59.

SIC TANDEM PLACIDI CONTINGO LITTORA PORTUS.

L. *D*

Salus & Pietas conficiant curas meas numiſmaticas. FAXIT! Scilicet *Aciliæ* argenteum cernimus, & in eo caput laureatum, cum epigraphe; SALUTI. Salutem Deam inter Græcos præcipue & Romanos in pretio habitam fuiſſe, conſtat inter eos, qui Antiquitatum manu ſua verſant volumina. Adorabant, & numis ſuis inſcribebant. Iſtorum ΥΓΙΑΙΝΕΙΝ, & horum VALE, in literis nihil frequentius, quemadmodum & eadem in ore puerulorum ſalutigerulorum, teſte Plauto in Aulularia, quotidie; licet ὑγιαίνειν ſugillationem quibusdam, & parum ſanæ mentis continere videretur, ad veſperam enim ſpectabat & eos, qui confecta cœna cibo vinoque ſe oneraverant, cum χαίρειν mane ſalutantium eſſet, & eorum, qui melius ſapere videbantur, quod propterea & pſittacos & picas, aliasque aviculas πλατιγλωττους docebant, teſte prologo Perſii: *Quis expedit pſittaco ſuum χαῖρε &c. &c.* *A. ſ.* Salutis ſtatua dextera tenet ſerpentem ſalutis ſymbolum cum epigraphe: M. ACIL. IIIVIR. VALEV. Conf. Decad. I. Diſſert. VI. §. 30.

Groſeus de Boſe exiſtimat, quod Acilius cum ſalutem ſuis numis impreſſit, ad ſolum nominis ſui etymon ab ακεομαι deducendum, animum retulerit Vid. p. 31. Selectt. Differtt. de numis antiquis tam græcis, quam latinis Chriſtophori Wolterock Hamb. 1709. It. Diſſertatio de cultu, quem veteres Deæ Sanitati exhibuerunt, cui juncta ſunt numiſmata, aliaque monumenta antiqua huic materiæ inſervientia Pariſ. 1708. Ut IIIViris quibusdam Reſpl. conſtituenda, aliis moneta cudenda, aliis coloniæ deducendæ &c. &c. committebantur; ita etiam erant, qui valetudinariorum curam in ſe ſuſcipiebant. Qui numorum indices evolvit, offendet eos in numis adeo frequentes, ut nihil ſupra. At, cur ſerpens ſalutis ſymbolum? Ego, ut in reliquis, ſic & in his Impoſtorem infernalem miſeros gentiles faſcinaſſe puto, utpote, qui æmulatione deterrima non minus regnum ſuum ſtabilire conatus eſt, quam quibus Moſes Ebræorum aut potius Dei gentem inſtinctu Divino inſtruxit; quid? quod, pleraque ex hac divina inſtitutione in blaſphemam ac ſacrilegam ſuam ſuperſtitionem tranſtulit. Moſis ſerpentem novimus ſaluti fuiſſe Iſraelitis Num. 21. Conf. Joh. 3. Et unde quæſo rectius petatur ſalutis ſymbolum in numis, aut cultu ethnico?

co? Licet remedia quædam a ſerpente in homines procedere videantur, viperaque exuſta præſens ſit remedium ictui viperino, aut ſerpentum venena medicamentis ex ſerpentibus confectis depellantur, ceu videbamus ante annos aliquot trochiſcos de viperis, quos ſibi ad theriacam ac mithridatium B. AMELDUNGIUS effigie D. Caroli Pataviæ manu quatuor Medicorum illuſtrium ſignatos comparaverat, teſte longe Experientiſſimo Dn. D. SCHMIDIO Phyſico & Provinciæ, & Urbis primario, Fautore noſtro honorando, ſalutiferos. Et ſi fides habenda Tertulliano, cervo, quia ſerpentibus paſcitur tanta eſt vivacitas, aut ſi Iſogono, Cirni Indi centum & quadraginta, aut etiam plures vivunt annos, quia carnibus aluntur viperinis. Vid. Pier. Hierogl. l. 16. c. 1 & 4. p. m. 191. ſeqq. Viperas amare balſamum & ſvave olentes herbas, vel inde conſtat, quod ſerpulæ hæ, ceu veteres loquebantur, ut plurimum in ſylvis odoriferis frequentiſſime reperiantur; Sed utut hæc ſe habeant, & ſerpentibus, licet inſit virtus contra venenum, nullus tamen dubito Diabolum etiam hoc ad ſuperſtitionem traxiſſe, ut minus miremur æneum Moſis ſerpentem in conto conſpicuum. Draconem volantem meteoron eſſe, norunt tyrones phyſici; At, quem latent circa i-

ſtum Satanæ fraudes? IIIVir noſter Valetudinariorum & curandæ ſalutis, hujus ſymbolum, Græcos inter & Romanos certiſſimum, ſibi elegerat ſerpentem, ſubridente Satana Impoſtore doloſo. Et Æthiopes olim pro Deo coluiſſe ſerpentem, video apud Ludolphum in notis MSCtt. ad catalogum Regum Abeſſ. Conf. Rogeri Januam patentem paſſim. Præcipitaverat ſerpens ille antiquus in ſerpentis ſpecie, ſeu potius per ſerpentem, hominem de ſalutis ſanctitatis & ſanitatis ſtatu, & in ſacris, ſeu potius ſacrilegiis ſuis ſummum ab eodem fraudibus ſuis impetraverat honorem, Vid. Diſſ. IV. Decad. I. Comportabat ſcil. ea omnia, quæ ad ignominiam Moſis ſerpentis æneï facere poterant, ut maledicta ſua κακοζηλια exſibilaret typum & ſymbolum hoc Salvatoris in crucem tollendi venerandum infernalis ille Draco. Conf. Schediaſma noſtrum Philologico-Criticum Diſſ. III. Theſeos X. Εκθ. necnon Pomey S. J. in Pantheo mythico, ſeu fabuloſa Deorum Hiſtoria Edit. quinta Ultraj. 1697. in 8. It. Hiſtoria Deorum Fatidicorum, Vatum, Sibyllarum, Phæbadum apud priſcos illuſtrium, cum eorum iconibus, Genev. 1675. in 4. Abrahami Ortelii Deorum Dearumque capita ex antiquis numiſmatibus collecta, cum narratione hiſtorica Fr. Swertii Bru-

xell. 1683. & Mœbius de Oraculis Ethnicis &c. &c A. 1695. duabus Differtt. de mythica moralia tradendi ratione novantiqua erudite agebat M. Jo. Christophorus Wolfius, quemadmodum, & Collega meus Dn. Andr Ludw. Königsmannus Differtationem fcripfit A. 1714. de meritis Noftratium in ftudium mythicum. Præterea, quæ Autores hi clariffimi habent & Dilherrus l. f. c. perpende, facrilegium & impium valde fuiffe omnibus gentibus rem Dîs fuperis facram rei funeftæ contactu contaminare. At unde? Nonne quæfo hoc è Repl. Ebræorum, in qua Jofias, cum vellet idolorum templa profanare, offa in ea intulit 2. Reg. 23, 14, 16. &c. Unde ritus ponendi calceos in plerisque fuperftitionibus obeundis? Nonne, quod didiciffent a Mofe Exod. 3, 5. Adde Cafaubonum ad Augufti Sveton. c. 100. Unde jejunia Jovi, Horat. 2 Satyr. 3. aut Cereri, Reinef. varr. lect. 23. Mufis & Nymphis confecrata? Unde tot vota, unde à vino & Venere abftinentia, Bernegg in Tacit. quæft 48? Nonne è facris? Vid. 1. Sam. 21, 4. 5. Sic & exprimere affectavit idem ille Archiimpoftor, quando norat fputo reddidiffe vifum cœco Salvatorem, dum pariter per æmulationem miferis illufit hominibus fuis, conf. Svet. in Vefpaf. c 7. *De Salutis Augurio* conftat

ſtat ex dicti Svetonii Auguſto, quod hic iſtud inter alia ex antiquis ceremoniis paulatim abolita revocaverit. Sane, quale id fuerit, multos latet. Ex Dionis l. 7. & 30. de eo hæc cape: *A Diis populo ſalutem petere, nefas, niſi hoc ipſum Dii conceſſerint.* Obſervabatur autem quotannis dies una, in qua nullus ad bellum proficiſcebatur exercitus, nemo ſe contra parabat, nemo pugnabat. Arduum ſane & periculoſum hoc fuiſſet, niſi interim Salus a Diis implorata, & *Salutis Augurium* factum fuiſſet. Sed ne id quidem purum ſemper proceſſit, quoniam non raro adverſa quæpiam devolarunt, unde augurium captum. (Lepus, cur infauſtum multis ſalutis augurium, vid. apud Piccartum Decad. 3. Obſervatt. Pol. p. m. 144.) Chriſtiani Principes pro his Diaboli larvis longe meliora ſalutis auguria inſtituerunt, publicarum ſupplicationum & pœnitentiæ dies, aut etiam impetrata victoria, eucharíſticos.

§. 60.

Sed abeſto ſerpens, & adeſto ANTONINI GENIUS. Hunc ſtantem cernimus & togatum, dextera haſtam puram, ſiniſtra vero oleam tenentem (ſculptoris errori dabitur venia) cum epigraphe: GENIO SENATUS. S. C. Argenteos huic ſimiles Antoniniano; paſſim offendo, at æreum majoris

joris moduli deprehendere non potui. Genii P. R. Exercitus, Imperarorum, Legionum &c. in numis frequenter occurrunt, Senatus vero, præter hunc nostrum, nullibi. Hasta & olea Bellum Pacemque notant, in cestum istam mutabat cum lemmate *Vtrum lubet* Rudolphus Habsburgicus, pro quo Invictissimus Josephus poni voluit, *Amore & Timore*. Genii habitum & galeam mitto. Et cum de veterum Geniis prolixe & erudite scripserit Gaffarellus en Traite des bons & des meauvais Genies, nec non Dathe in Diatribe de Geniis veterum, ut & nuper Argentorati Pfeffinger in peculiari programmate, item Bangius in Exercitat 1. Cœli Orient. p. m. 50. seqq. satis mihi erit hac vice, duo, quantum pagina permittit, evolvere, *Evocationem* puta *Geniorum* & *Lusus*. Et hos Deos topicos, tutelinos & tutanos quorum historiam recenset Macrobius l. 3. Saturn. c. 4. & 10. Censorinus de die natali, Lilius Giraldus in Hist. Deorum syntagm. 1. p. 58. seqq. Alex. l. 2. Genial. dierum c. 22. Barthius in nott. ad Rutilium p. 110. seqq. Merula l. 5. Memorabilium c. 10. Puteanus l. 1. genial. f. 22. seqq. &c. &c. &c. per μιμησιν scelestam furatum pariter fuisse e Sacris Satanam, ex Daniel. 10. 14. &c. patet. Isti, qui liberare locum religione volebant,

sacra

ſacra inde vocabant. Metu hujus Genium ſuum Apollinem Tyrii catena devinxerant aurea, Curt. l. 4. Romani vero ſuum ûrbis arcanum habuerunt, effigiem autem numis impreſſerunt Stabat nempe ante aras in copiæ cornu & patera. Ant. Auguſtin tab. 38 n. 4. Triſtanus de Imp. R. t. 1. p. 570. & t. 3. p. 358. & 392. Nomen vero ejus & ſacra, cultumque proprium, paucis ſacrorum Doctoribus communicabant, ne hoſtes tentarent adverſus illos, quod ipſi cum ſucceſſu adverſus hoſtes ſeſe feciſſe noverant. Aliquando Tribunum Pl. quod enunciare auſus fuiſſet Genii nomen in crucem ſublatum fuiſſe, teſtis eſt Servius ad l. 1. Georg. p. 89. Palladium interim vocabatur, cujus ſacerdotium Veſtalibus conceſſum erat. Evocabatur autem Genius ſequentem in modum: Præmittebantur preces longiſſimæ, eæque ferales, ſi non exaudiebantur, ſuccedebant iræ & minæ; Videatur Roger ſupra citatus It. Neuhoff, in China, nec non Scheffer in Lapponia cap. 8. p. m. 95. quas ſequi ſolebat terræ mugitus, hinc aderat ipſe Genius, interdum Pluto cum magno Furiarum comitatu. In Evocatione Hecates omnium primo canes aderant, Proſerpinæ ſacri & fidei comites (credo ego inde natam fabulam, de canibus theſaurorum abſconditorum cuſtodibus)

bus] nec non alia monſtra cum facibus. Præmittebantur hiſce ſacrificia hoc modo: Percutiebatur terra, fiebant ſcrobes, in quibus portenta inferis devota, eaque nigra ſtatuebantur, quorum capita humum usque ſacerdos trahebat, ſetæ, aut pili evellebantur, victima jugulabatur, interdum ſangvis ab iis, qui ſacra faciebant, toto corpore excipiebatur. Abominandæ hujus rei & ipſe ſacer codex mentionem facit, 1. Sam. 28. Genios, quos vocant medios, quod attinet, multi, iique magnæ autoritatis & eruditionis viri, eos faciunt autores luſuum, ut vocant naturæ. Si credendum rubro, procul dubio, de his egit Korthold, Kil. A. 1677. in ſuo Genio Errante. Inter rariſſimos referendi ſunt, (ut prætercam ea, quæ in pinacothecis paſſim ſervantur) qui ab iter facientibus non ſine admiratione viſuntur in ſpecu Baumanniano, quibus tamen præferendi ii, quos Italia & Sicilia habet, & ii quorum mentionem injicit Illuſt. Valvaſor in topographia Ducatus Carinthiæ c. 50. ubi in conclavi nitide facto textorem offendis ante textrinum ſedentem & telam texentem, e ſuperiori autem parte pavimenti ſeu fornicis, humeros, petaſones &c. Ego his miſſis, mittere non poſſum lapidaria iſta, quæ, ex quo mihi ante biennium quædam fuerunt oblata, ipſe ego legi. Vix

ad

ad unum ab urbe hac noſtra lapidem, rivus tenuis exiguas ducit aquas, qui, cum nigra undique claudatur ripa, eaque interdum valde anguſta, ex nigro & molli lapide concreta, ab accolis vocatur de Kried-becke. Cornu hic non ſolum reperitur Ammonis nitidiſſime factum, ſed & ſtrombites, Cterites, Myſites, Oſtracites, Myites, Rhomboites, Trochoites, & lapis Megaricus, qui totus e conchis rotundis, vermibus &c. concretus. Hic, etiam in ſimilibus non parum verſatos, præ reliquis in admirationem rapit, cælo ſane dignus. Ex talibus extructum fuiſſe monumentum Photonei, Pauſanias refert. Cauſas formatrices ego Genios facere nolo, vermiculos eſſe puto potius polypodas in gyrum ſe volventes, & conchas; reperiuntur enim vivi in iſtis & ſitu ſuo gyrato &c. fingunt & faciunt dein nobis tales luſus. TANTUM DE NUMIS. Quod reſtat, OSNABRUGO noſtro ſvaviſſimo ſacrum eſto. Vidimus nuper ejus ADMIRANDA; vidimus FATA & RES PRÆCLARE GESTAS EPISCOPORUM; Vidimus ETHNICUM; Vidimus CHRISTIANVM; Vidimus DOCTUM Videbamus AB ANABAPTISTIS TENTATVM, PACE INCLYTVM, & quoniam ego jam extremam manum Numis adhibebam

etiam

etiam actui huic nostro finem imponebat OSNABRVGVM NUMIS CLARUM. Prodibant itaque & verba faciebant tres longi & supremi subsellii Alumni.

1. Philipp. Antonius Hüen, *Petribaganus*

Recensebat hic quomodo alma hæc Urbs Anno M. D. XXXIV. ab Anabaptistis Monasteriensibus fuerit tentata. Ex iis enim, quos Impostor ille Lugdunensis novæ suæ fraudis nuncios, & quos Apostolos vocavit, emisit, sex venerunt OSNABRUGUM, scilicet; Dionysius Vinnen / Peter Kuffer / Henrich von Graeß / Johann Varendorff / Paul Schweringk & Johann Schäffer. WARENDORPIUM iverunt; Joh. Kloppreiß / Gottfried Stralen / Henrich Winnegraffe / Antonius Täschenmacher / & duo alii; SUSATUM vero, Henrich Schlachtschaff / Henrich von Hoch / Johann Dausendschnur Propheta, Laurentz Freiße & quatuor alii; & tandem COESFELDIAM Jacob von dem Graben / Hermannus Pastor novi

templi Warendorpiani, Dn. Johannes, Sacellanus, S. Martini Monaſt. Julius Freiße/ Bernhard Flock/ David Derwele & Johann ab Utrecht olim Canonicus Ultrajectinus, quemadmodum hæc poſteritati reliquit p. 64. (b) MARTINUS KLOCKNER civis Paderb. in volumine MSCto in f., quod ita inſcribitur: CONTINUATIO MSCTA COSMODROMII DOCTORIS GOBELINI PERSONÆ, AB ANNO 1314. AD A. 1613. Et quam vellem, conceſſum mihi fuiſſe volumen MSCtum in f. quod offendi nuper in Bibliotheca Dnn. Benedictinorum Iburgi, & cujus rubrum hoc eſt: HISTORICA NARRATIO DE FVRORE ANABAPTISTICO MONASTERIENSI a D. HERMANN a KERSENBRUCK ARTIUM M. AC LL. EM. SUSCEPTA

Poſt arIes nona LVſtratVs LaMpaDe phœbI
optato referat fIne LaborIsopVs.

FRANCISCVS EP. 1553.

Dicebatur autem authenticum ipſum repe-

reperiri Monasterii. Reliqua ad nos pertinentia ex Continuatione Klöckneriana hæc sunt: Darnach wurden die verordnete Prediger abgefertiget/ und einem jeden ein Stück Goldes gegeben (hic ante omnia monendum esse puto, in curia nostra palæopolitana non sine cura asservari tres hujus generis numos eosque genuinos, seu illos ipsos quos stentores isti hic projecerunt, singuli horum sex pendent drachmas minus tredecim lenticulis, in margine lateris dexteri hæc leguntur verba, WE. NICHT. GEBORE. IS. VTH. DE. WATE. VN' GEISTE. MACH. in patente vero interiori parte, NICHT. IN. GAEN. DAT. WORT. IS. FLEISCH GEWORDEN. VN. WANET IN. VNS, sinistrum duplicem habet marginem ubi in exteriori duos offendimus gladios Electoralium Saxonicorum instar formatos & verba, INT. RIKE. GODES. EIN. KONINCK. VPRECHT. OVE, AL In interiori EIN. GODT. EIN. GELOVE. EIN DOEPE. in patente vero quod restat 1534. In scuto vero formato THO MVNSTER. De his nostris antiqua re-

fert membrana juxta eos posita:
Nachdeme vorleden Jaren de Ehrgirige ock ordentlicker Overicheit ungehorsame Blotdörstige Wedderdöpesche Secte und Rotterie entstanden/ vnd binnen vnser Nabur-Stadt Monster de Overhand genommen/ vnd sich aldar erer Handels einen Könink vnd Ricke vorgestelt. Vnd daröver dorch den Hochwerdigen Hochvermögenden unsern gnedigen Fürsten vnd Herren Herrn Frantze Bischopen tho Münster Osenbrügk und Minden Graven to Waltegge/ belegert/ begraven vnd de lengde erövert vnd ümmegebracht worden/ hebben desülven Wedderdöpere im Jare Vifftein hundert Veer vnd Dertich am Avende Galli vth erem Beleger Seß Predicanten binnen de Stad Osenbrügk ingeschickt/ de sick up dem Marckede vnd Straten openbar angegeven vnd geprediget/ der Thoversicht/ dese Stadt mit erer Lehre tho vorgifften/ vnd deß

deß erer angebodenen Lehre deße jegenwerdige dre goldene Pennige tho einer Orkunde up dem Marckede van sick gesmeten. Dem Handel demnach mit Göttlicker Hülpe wedderstanden und vorgekommen/ und wollen dagelix Godt bitten/ uns vor desülven/ und dergelicken Rotterie gnediglick behoden wille. Amen.) mit Befehl/ an welchem Ohrte man den Frieden/ den sie verkündigen nit annehmen würde/ dar solten sie solch Stücke Goldes hingeben/ zum Zeugniß derer/ die den Frieden nit wollen annehmen: Also sind sie hingezogen/ und am Abend Galli in die vorgenante Stätte erschienen/ mit einem greulichen Geschrey ruffend: Bekehret Euch und thuet Busse/ denn es ist hie eine kurtze Zeit/ daß Euch der Vater barmhertzig sey/ denn die Axt ist an die Wurtzel des Baums gesetzet; Als ferne die Stätte den Frieden nicht annehmen/ solten sie im kurtzen vergehen. Auch seynd sie kommen für den

Rath der Vier-Städte/ und ihre Mäntel auf die Erden gespreitet/und des fürgeschriebene Stücke Goldes darauf geworffen/ mit solchen Worten: Sie wären vom Vater gesand/ ihnen den Frieden anzusagen: wo sie den wolten annehmen / solten sie ihr Guth ins gemein geben/ wo sie aber das nicht thuen wolten/ so wolten sie mit dem Stücke Goldes protestiren für GOtt/ daß sie seinen Frieden nit hätten wollen annehmen/ sondern verachtet. Sie sind aber gefencklich genommen/ gütlich und peinlich gefraget/ und haben darauff beharret/ daß bey jenen der rechte Weg und Lehre allein/ und von der Apostel-Zeit GOttes Wort nie recht geprediget/und keine Gerechtigkeit gewesen sey; Item es wären vier Propheten/ zwey gerechte/ als David und Johann von Leyden zu Münster/ zwey ungerechte/ als der Pabst und Luther welcher noch ärger sey als der Pabst. Man hat sie aber an den

Der-

Oertern / da sie hinkommen / gerichtet und ümgebracht (Conf. Bellinghus. in Chron. Osn.) und doch den Klopreiß / welcher zu Cölln aus dem Gefängniß gebrochen / dem Churfürsten zu Cölln zugeschicket / welcher ihme auch sein Recht widerfahren lassen. ECCe peCCata tVa VenerVnt sVper CapVt tVVM. De Ducibus Monasteriensibus pp. ita: Es hat der Münsterische König 12. Hertzoge erwehlet / die alle Pforten der Stadt verwahreten / und alle Brieffe und Werbungen empfiengen / damit dem gemeinen Manne nichts fürkommen / daraus in der Stadt Empörung entstehen möchte / und waren diß die Hertzogen: Meister Bernhard zu Merner ein Schneider / Johann Redecke ein Schnester / Joh. Palck ein Schmied / Joh. Duncker ein Krämer / Engelbert Edingk / Clauß Trieff / Henrich Santes ein Kupferschmid / Joh. Schwerdfeger / Henr. Koch von Oßenbrügk / Herman Reinecke / Christian Kerckerinck /

und der Schuldheiß von Leiden / jeglicher Hertzog hatte ein Theil der Stadt und dazu eine Anzahl Trabanten und Diener. Hæc & similia enarrabat laudatus Orator primus, ita & hisce

11. Joh. Christoph Richter *Rhoda Wald.*

OSNABRUGUM PACE INCLYTUM verbis celebrabat. Excerpserat multa ex Historia Pacis Germano Gallo-Svecicæ, quæ est Tob. Pfanneri, ceu ipse in præfatione Hist. Comit. Imp. celebr. A. O. R. 1652. 1653. & 1654. Vinariæ 1694. Edit. 8. fatetur. Conf. Colloqq. menstr. ad A. 1695. p. 628. Pfannerum autem Collocutorum verba ægre tulisse, ipsi in mense Decembri p. m. 1019. fatentur, ipsaque Pfanneriana apponunt, quæ sunt: *Sed quid ego plura? Quidve attinet longiore præfatione vel excusare, vel defendere, aut etiam commendare vitia nostra, sermonis, inquam, aliquantum difficilioris.* Pluribus negotium hoc pacis, quo profecto urbs nostra

ſtra laudabitur a Vincentii capite ad oſtium Obii, & a Rutuba ad promontorium usque Tenari

Donec ab obſcuris lucem ſol dividet umbris,

expoſuiſſemus, ſi inſtructi fuiſſemus, vel *Adami Ad. de S. R. J. pacificatione Weſtphal.* in 4. Frf. 1707, aut etiam *Frid. Knochii Hiſtoria arcana de pace Weſtphalica*, quem ego puto eſſe Epiſcopum olim comitem Fabii Chigii (poſt Alex. VII.) teſtemque vivum, at non ſatis pronum in Confœderatos. Regum Principum & Legatorum omnium imagines ad vivos factas non ſine jucunditate curiæ noſtræ conclavis præcipui parietes ornare cernimus.

111. Otto Fridericus Pföhl/ *Aſcan. Sax.*

OSNABRUGUM NUMIS INSCRIPTUM ET CLARUM pro virili, ſuis ornabat laudibus. Inter alia probabat pleroſque ſic vulgo dictos Wöbbelinghöferos Widenbrugicos eſſe, urbem etiam OSNABRUG. hodie cum aliis,

 licet

licet non Imperialibus, gaudere jure cudendi monetam. In medium proferebat ERICI D. B. FRANCISCI Com. Waldecc. in quibus Paulus a Petri dextera ſtat, FRANCISCI GVILIELMI Cardinalis & Comitis de Wartenberg, ERNESTI AUGUSTI D. B. & L. & Elect. & CAROLI D. Lothar. Epiſcoporum Oſnabrugenſium; nec non SEDIS VACANTIS & Revmi CAPITULI CATHEDRALIS numos, tandem tribus his Auditũros invitabam,

Vos! quibus hæc patriæ veſtræ ſunt mœnia cordi,
Vos, queis cum Muſis ſunt Templa & Curia curæ,
Ite, Venite, Videte, Redite, Favete, Valete!

Ipſo Oculi A. M DCC IX.

His non ſine ratione adjungere volui.

)o(

Pri-

PRIVILEGIA CÆSAREA *CIVITATIS* OSNABRUGENSIS,

De non Evocando,

De Munienda Civitate, manutenentiæ ſuper exercitio Religionis Auguſtanæ Confeſſionis &c. &c. Omnia & ſingula per Inſtrumentum Pacis de Anno 1648. ac Capitulationem Oſnabrug. perpetuam perpetuo confirmata, nuper denuo impreſſa.

I.

I.

IMPERATORIS
FRIDERICI PRIVILEGIVM DE NON EVOCANDO.

FREDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, ad hoc divina ordinante clementia Romani Imperii gubernacula suscepturus, ut omnibus vim & injuriam patientibus scutum nostræ protectionis offerentes, in necessitatibus suis subvenire debeamus. Videntes igitur afflictiones & pressuras Civium Osnabrugensium, quas ab extrinsecis Judicibus sustinuerunt, qui eos extra civitatem ad aliena & insolita jura solebant evocare, ex consueta benignitatis nostræ clementia statuimus, ne quis judex extrinsecus manens, quemquam ex civibus pro aliqua causa præsumat evocare, nisi prius querimoniam suam in civitate coram civitatis Rectoribus vel coram Nobis exsequatur, & secundum civitatis jus consuetudinarium, debitam consequatur

ju-

justitiam. Quæcunque autem vocationes ante hæc tempora factæ sunt ab extrinsecis judicibus, effectum non habeant, sed in irritum revocentur. Ut igitur hujus tradicionis edictum semper innotescat universis Imperii fidelibus, hanc inde cartulam conscriptam Sigillo Nostræ Majestatis jussimus insigniri, statuentes, ut quicunque hoc infringere attentaverit, a gratia nostra sit alienus, & banno nostro subjaceat, donec dignam Nobis & Civibus satisfactionem exhibeat. Datum Goslariæ Anno Dominicæ incarnationis, Millesimo centesimo septuagesimo primo, Indict. quarta, Non. Kal. Dec.

FE---- LI ---- CI ---- TER. AMEN.

(Locus appensi Sigilli Cæsarei.)

II.

IMPERATORIS
RUDOLPHI PRIVILEGIUM DE MUNIENDA CIVITATE.

RVDOLPHVS Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Imperii Romani fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cum fidelium noſtrorum votis & precibus in his quæ continent æquitatem & rectæ rationis lineam non excedunt promptum & facilem impertimur aſſenſum, & Regalis benevolentiæ decus attollimus & ex eo ferventius erga Nos devotionem accendimus ſubditorum. Noverit igitur tam præſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, quod Nos ad quos pertinet Subditorum emolimenta dirigere ac eorum remediabiliter providere quieti propter Reipublicæ cujus curam gerimus, bonum ſtatum dilectorum fidelium

lium noſtrorum Civium Oſnabrugenſium devotis ſupplicationibus favorabiliter annuentes eisdem Civibus, cum profecto ipſorum petitio rationi conformis & juri conſona reputetur, benigne concedimus & liberaliter indulgemus quod ipſi contra tela ignea, quibus nonnulli perverſi homines fraudulento malignitatis ſuæ ſtudio cum aliter nocere nequeunt, non absque diſpendioſo periculo civitates incendunt, poſſint civitatem ſuam Oſnabrugenſem, ſine contradictione cujuslibet oportune circum fodere, & foſſatis congruis, prout ipſis expedire videbitur, ampliare, quemadmodum etiam inclitæ recordationis Fredericus Romanorum Imperator Illuſtris, cujus in hac parte imitamur veſtigia, memoratis Civibus dicitur indulſiſſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, aut ei auſu temerario contraire. Quod qui attemptare præſumpſerit gravem Regiæ Majeſtatis offenſam ſe ſentiet incurriſſe. In cujus

rei

rei testimonium præsens scriptum Majestatis Nostræ Sigillo jussimus communiri. Datum Viennæ quarto Idus Maji, Indictione octava, Anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo, Regni vero Nostri Anno septimo.

(Locus appensi Sigilli Cæsarei.)

III.

IMPERATORIS

SIGISMUNDI CONFIRMATIO DICTORUM PRIVILEGIORUM.

SIGISMVNDVS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex. Notum facimus tenore præsentium universis. Regalis decoris generosa subli-

bli-

blimitas quemquam pro Sacri Romani Imperii fidelium & subditorum salute cottidiana sollicitudine affectus diffundere consuevit operosos pro illorum tamen quiete, quos vetustæ fidelitatis examinavit integritas, & diutinæ constantiæ plenitudo solidavit, nostræ mansuetudinis operam per Regii muniminis indulta liberaliter interponimus copiosam. Sane pro parte Honorabilium Proconsulum & Consulum ac Civium Civitatis Osnabrugensis, Nostrorum & Imperii Sacri fidelium dilectorum Nobis oblata supplex petitio continebat, quatenus ipsis & ipsorum successoribus omnia & singula jura, Privilegia, indulta, literas & libertates, quæ & quas earundem civium prædecessores & ipsi Cives a Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris in Imperio Prædecessoribus obtinuerunt, ratificare, approbare, innovare, de novo concedere & confirmare dignaremur. Nos itaque considerantes hujusmodi petitionis seriem minime exorbitare, attendentes etiam quod nisi civitas præfata munitionum indulto conservaretur speciali, posset artubus perversorum gravi dispendio anxiari. Idcirco animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed sano Principum, Comitum, Baronum & Nobilium ac aliorum habito consilio, o-

 mnia

mnia & singula, jura, privilegia, indulta, literas & libertates quæ & quas supra dictorum Proconsulum, Consulum & Civium Prædecessores ac ipsi a Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus Nostris in Imperio Prædecessoribus obtinuerunt, & signanter duo Privilegia, unum videlicet quondam Friderici Imperatoris, & aliud quondam Rudolfi Regis Romanorum, duo hæc indulta, ut asseritur, distinctim in effectu continentia videlicet: Ne aliquis Judex extrinsecus aliquem Civium prædictorum extra Civitatem Osnabrugensem super actione quacunque, ad alienum possit Judicium evocare, sed potius coram Rectoribus dictæ Civitatis secundum ius consuetudinarium ejusdem Civitatis recipere debeat justitiæ complementum. Rursum quod Civitatem Osnabrugensem præfatam, Cives ejusdem Civitatis contra tela ignea quibus præfata Civitas non parum læsa memoratur extitisse, sine contradictione quorumcunque fossatis optimis, latis & amplis, quod & Nos rationi consonum dijudicamus, munire valeant, ex certa scientia ratificamus, approbamus, innovamus, de novo concedimus & confirmamus gratiose. Volentes & decernentes expresse, ut præfati Proconsules & Consules, ac Cives, si & in quantum præmissa,

ita

ita ut præfertur, obtenta sint, ac rite & legitime processerunt, supranarratis indultis perpetuis temporibus, contradictionibus etiam cessantibus quorumcunque, uti, frui, potiri debeant & gaudere. Nulli ergo hominum liceat hanc Nostræ ratificationis, approbationis, de novo concessionis, indulti, confirmationis, voluntatis & decreti paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Nostram gravissimam & Quadraginta Marcarum auri purissimi pœnam, medietate Imperiali fisco, reliqua vero medietate supradictis Proconsulibus & Consulibus ac Civibus pro tempore existentibus irremissibiliter applicandis ipso facto se noverit incursurum. Præsentium sub Nostræ Majestatis Sigillo testimonio literarum. Datum Constantiæ, Anno Domini Millesimo quadringentesimo septimo decimo, octava die Mensis Junii, Regnorum Nostrorum Anno Hungariæ, &c. Trigesimo primo, Romanorum vero Septimo.

Ad mandatum D. Regis

(Locus appensi Sigilli Cæsarei.)

Johannes Gersse.

IV.

IMPERATORIS

FERDINANDI SECUNDI CONFIRMATIO PRÆDICTORUM PRIVILEGIORUM, NEC NON ALIORUM IMPERATORUM CONFIRMATIONUM RENOVATIO ET EARUNDEM EXTENSIO.

WIr Ferdinand/ der Ander/ von Gottes Gnaden/ Erwölter Römischer Käyser/ zu allen Zeiten Mehrern des Reichs/ in Germanien/ zu Hungarn/ Böheimb/ Dalmatien/ Croatien und Sclavonien/ ꝛc. König/ Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Braband/ zu Steyr/ zu Kärnten/ zu Crain/ zu Lützemburg/ zu Wirtemberg/ Ober- und Nieder Schlesien/ Fürst zu Schwaben/ Marggrafe des Heiligen Römischen Reichs/ zu Burgaw/ zu Märhern/ Ober- und Nieder-Laußnitz/ Gefürsteter Grafe zu Habspurg/ zu Tyrol/

Tyrol/ zu Pfirdt/ zu Kyburg und zu Gortz/ ꝛc. Land-Grafe in Elsaß/ Herr auf der Windischen Marck/ zu Portenaw und zu Salins. ꝛc.

Bekhennen öffentlich mit diesem Brieff/ und thun kund Allermänniglich. Als uns die Ersame/ unsere und des Reichs lieben Getrewen/ N. Bürgermeister/ Rath nnd Bürgerschafft der Stadt Oßnabrüg/ einen Lateinischen Confirmation Brieff/ von weyland dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten Käyser Carln/ dem Fünfften/ ꝛc. Unserm lieben Herrn und Vettern/ hochlöblichster und milder Gedächtniß/ außgangen/ darinnen sein Lieb und Käyserliche Majestät/ ꝛc. gedachten Bürgermeister/ Rath und Bürgern zu Oßnabrügk alle ihre Gnaden/ Privilegien und Freyheiten/ so Sy von Sr. Lieb und Käyserlichen Mayestat/ ꝛc. und unsern löblichen Vorfahren am Heiligen Reich/ Re-

Regierenden Kaysern und Königen erworben / gnädigst Confirmirt, Bestettigt und verneiwet hat / in Unterthänigkeit fürbringen lassen / von Wort zu Worten also lautende:

CAROLUS QUINTUS divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, & Tyrolis, &c. Notum facimus tenore præsentium universis, licec cunctos Sacri Imperii subditos, favore Cæsareæ benevolentiæ prosequi teneamur, illos tamen ampliori gratia dignos fore censemus, qui Romano Imperio plus aliis sunt astricti, & grata devotionis obsequia, præ cæteris, eidem exhibent. Unde cum honorabiles, nostri & Sacri Imperii fideles nostri dilecti, Proconsules & Consules ac Cives, Civitatis Osnabrugensis nobis humilime supplicari curaverint, quatenus omnia & singula Privilegia,

vilegia, literas, libertates, Jura, gratias, Indulta, Concessiones, a felicis Recordationis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus, nominatim a Friderico, Rudolpho, Ludovico, Sigismundo ac Friderico tertio, Proavo nostro concessa & concessas, nec non usus laudabiles, consuetudines, ac statuta sua municipalia, in Archivis suis contenta, de benignitate Cæsarea approbare, innovare, confirmare, ac quatenus opus est, de novo concedere dignaremur, NOS vero Celsitudinis nostræ affectum ad devotionem dilectionis Præfatorum Proconsulum, Consulum, ac Civium Civitatis Osnabrugensis dirigentes, omnes & singulas literas, libertates, gratias, indulta, Concessiones, Jura & Privilegia, & nominatim a præfatis FRIDERICO, cujus privilegium continet & statuit: Ne quis Judex extrinsecus quempiam ex ciuibus pro aliqua causa præsumat evocare, nisi prius querimoniam suam coram Rectoribus Ciuitatis exequatur, & datum est Goslariæ, Anno Dominicæ Incarnationis, Millesimo Centesimo Septuagesimo Primo, Item a RV-

DOLPHO cujus privilegium continet, quod nullus Judex extrinsecus aliquem civium prædictorum, extra civitatem Osnabrugensem, super actione quacunque ad alienum possit evocare Iudicium, & datum est Viennæ, quarto Idus Maji, Anno Domini Millesimo Ducentesimo Octagesimo. Item a LVDOVICO cujus privilegium præfatorum est confirmativum, Datum Franckfurth/in die Beati Bartholomæi, Anno Millesimo Tricentesimo Tricesimo Octavo. Item a SIGISMUNDO, cujus Privilegium præcedentia inprimis confirmat & innovat, & deinde de novo concedit, quod possint & valeant munire dictam civitatem, sine contradictione quorumcunque fossatis aggeribusque opportunis, latis & amplis, Datum in Constantia, Die Octava Mensis Iunij, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Decimo septimo, Item a FRIDERICO, Tertio, cujus Privilegium præcedentia confirmat, declarat & extendit ad quoscunque judices, nec non de novo statuit, ut si quis Proconsules, Consules, Cives, & Incolas Civitatis Osnabrugensis contra suam ordinationem legem & sanctionem,

pem, de judicio vetito liberalium sedium, evocare & inquietare non cessat, quod is subiaceat banno Imperiali, ac aliis pœnis in eisdem suis legibus de hoc loquentibus, & datum est in oppido Lintz, die duodecima Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, cæterisque Imperatoribus & Regibus Romanorum, nostris, Prædecessoribus rite concessas & concessa, nec non statuta juxta tenorem eorundem, prout ab eisdem, vel suis Antecessoribus Proconsulibus & Consulibus, rite & legitime facta, edita condita sunt, processerunt & introducta fuerunt: atque in præsenti præmissa omnia possidentur, tenentur & observantur, ac si præsentibus specialiter & de verbo ad verbum forent expressa & expressæ, quantum de jure possumus autoritate nostra Cæsarea, approbavimus, innovavimus, ratificavimus, & confirmavimus, & tenore præsentium approbamus, innovamus, ratificamus & confirmamus, ac quatenus opus est, de novo concedimus & robur eis impendimus perpetuæ firmitatis, Nostris tamen, Sacrique Imperii,

& cujuscunque alterius juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ ratificationis innovationis & confirmationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire, sub pœna indignationis nostræ gravissimæ & Quinquaginta Marcharum auri puri, quas contrafacientes, toties, quoties contrafactum fuerit, se noverint irremissibiliter incursuros, quarum medietatem Cæsarei Ærarii nostri, residuam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicandam. Harum testimonio literarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Imperiali Wormatia, die tertia Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo primo, Regnorum nostrorum, Romani Secundo, cæterorum vero, Sexto. Carolus. Ad mandatum Domini Imperatoris proprium, Albertus Cardinalis Moguntinus, Archi-Cancellarius subscripsit, Uns darauff obgenandte Bürgermaister/Rath/ und Bürgerschafft der Stadt Oßnabrück/ unterthäniglich ansu-

ansuchen und bitten lassen / daß wir ihnen solche ihre Privilegien und Freyheit / Inmassen die in hier einverleibten Brieff erzehlet und begriffen / und ihnen jüngstlich / von weyland unsern geliebten Herrn Vöttern und Vattern Kayser Matthiaßen Hochlöblichen Gedächtniß confirmirt worden / auch zu Confirmiren / zu bestättigen / und daneben die Erläuterung / der von Unsern löblichen Vorfahren ihnen gegebenen Privilegien, de non evocando, daß dieselbe ad quaslibet actiones, tam reales, quam personales, nach einhalt der darein gesetzten general Wörter / zu extendiren, gnädiglich geruhen wolten / Daß wir demnach angesehen haben / solch der gedachten von Oßnabrügk unterthänig und gehorsam Suchen und Bitten / auch die angenehme Gehorsam und willige Dienste / So Sie wolgedachten unsern löblichen Vorfahren / und uns / und dem heiligen Reich offt williglich erzeigt und bewiesen haben /

haben / und hinfüro nicht weniger Uns und dem Reich zu thuen gehorsambst urbietig seyn / auch wol thuen mögen und sollen / und darumb mit Wolbedachtem Muth / guten zeitigen Rath / und rechten wissen / den gedachten Bürgermaister / Rath und Bürgerschafft zu Oßnabrügk / solche ihre Privilegien, Freyheit / Recht / Gerechtigkeit und gute Gewohnheiten / und des vorgedachtes Privilegium, de non evocando, de quibuslibet actionibus, tam realibus, quam personalibus; zu verstehen seyn solle / gnädiglich confirmirt, bestättigt / bekräfftigt / extendirt, und erstreckt / und von newen verliehen und gegeben. Confirmiren, bestättigen / bekräfftigen / Extendiren und geben die Ihnen auch / auß Römischer Kayserlicher Macht / Vollkommenheit / hiemit wissentlich / in Krafft diß Brieffs / was wir ihnen von Rechtswegen daran Confirmiren und geben sollen und mügen. Und mäinen setzen und wollen / daß dieselben Privi-

Privilegien, Freyheiten / in allen ihren Puncten, Articulen, Clausulen, Meinungen / Inhaltungen und Begreiffungen / wahr / stett / vest und unverbrochen bleiben und gehalten / und sich die gedachten Bürgermaister / Rath und Bürgerschafft zu Oßnabrügk und ihre Nachkommen / derselben nach ihrer Notturfften gebrauchen und geniessen sollen und mügen / von allermänniglich ungehindert. Und gebieten darauff allen und jeden Chur-Fürsten / Fürsten / Geistlichen und Weltlichen / Praelaten / Grafen / Freien / Herren / Rittern / Knechten / Landvogten / Vögten / Hauptleuten / Schuldheissen / Hoffrichtern / Landrichtern / und allen andern Richtern / Frey Grafen / Schöpffen / Urtheilsprechern / Bürgermeistern / Rhäten / Bürgern / Gemainden / und sonst allen und jeden andern / unsern und des heiligen Reichs nachgesetzten Obrigkeiten / Unterthanen / und Getrewen / was Würden / Standes oder

der Wesens die seyn/ ernstlich und vestiglich mit diesem Brieff/ und wollen/ daß sie die mehrgedachte Bürgermeister/ Rath und Bürgerschafft der Stadt Oßnabrügk/ an solchen Ihren Privilegien, Freyheiten/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ guten Gewohnheiten/ wie denn auch in dem was Sie in Ubung/ meri & mixti Imperii, und sonsten löblichen herbracht/ und dieser unser Confirmation und Vernewerung/ nicht irren noch verhindern/ sondern/ sich derselben beruhlich frewen/ gebrauchen/ geniessen/ und gäntzlich dabey bleiben lassen/ dawider nicht thuen/ noch des jemands andern zu thuen gestatten/ in kein Weiß noch Wege/ als lieb einem jeden sey/ unser und des Reichs schwere Ungnad und Straff/ und darzu die Pön/ in obverleibten weiland unsers lieben Herrn Vettern Kayser Carls/ rc. Confirmation Brieff begriffen/ zuvermeiden/ daß meinen wir ernstlich/ mit Urkund diß Brieffs/ besiegelt

mit

mit unserm Kayserlichen anhangenden Insiegel / der geben ist in unser Stadt Wienn / den andern Tag des Monats Septembris, Nach Christi unsers lieben HErrn Erlösers und Seeligmachers Geburth / Sechszehenhundert und Ain und zwantzigsten / unserer Reiche / des Römischen im Dritten / des Hungarischen im Vierdten / und des Böheimbschen im Vierdten Jahren.

Ferdinand

Vice Reverend. Domini Io: Swicardi Archicancellarii & Elect: Mog.

Vt. Il: von Vlm.

Ad mandatum Sac. Cæs. Majest. proprium

J: H: Linherl; mpp.

V.

EJUSDEM IMPERATORIS RESCRIPTUM SUPER LIBERO EXERCITIO RELIGIONIS AUGUSTANÆ CONFESSIONIS, CUM ANNEXA CÆSAREA MANUTENENTIA.

Ferdinandt / der Ander / von Gottes Gnaden Erwölter Römischer Käyser zu allen Zeiten / Mehrer des Reichs.

Ersahme / liebe Getrewe / es wird Euch / und sonsten Männiglich ohne Zweiffel nicht unbewust seyn / mit was Vätterlicher Trew / Lieb und Sorgfaltigkeit / Wir Uns / seider unserer angetretenen Käyserl. Regierung angelegen seyn lassen / in dem Heil. Reich / unserm geliebten Vatterland / den von etlichen Jahren angenommenen und zerfallenen Frieden / Ruhe und Ainigkeit zwischen Chur / Fürsten und Ständen des Reichs wieder zu bringen / und fortzupflantzen und Männiglich bey gleich und Recht / den heilsamen Reichs Satzungen / auch den Auffgerichteten Religion und Prophan Frieden zuerhalten / welches dann neben andern fürnemblich an denen Orten die groß unumbgängliche Notturfft erfordern will / welche an des Heil. Reichs Gräntz

Gräntzen / da sich allerhand Unruhe / Empörung / und Kriegsbereitschafften / am meisten herfür thun / und sehen lassen / gelegen seyn.

Demnach dann der Stifft und Stadt Oßnabrüg seiner Situation halben / eben in solchen Terminis begriffen / daß auff derselben Ruhe und Wohlstand billig ein wachendes Auge und Auffsehen zu haben von nöthen / und wir dann daneben erinnert werden / daß in und bey vorgerührter Stadt Oßnabrüg / vor- und seider Auffrichtung abgehörtem Religion Friedens / kein andere / dann beydes unsere uhralt Catholische Religion / und die ungeendert Augspurgische Confession in Ubung und Gebrauch gewesen / und man solcher Orten / gegen Uns und unsern hochgeehrten Vorfahren am Reich / allzeit in getrew auffrichtiger Devotion und Gehorsamb beharrlich verbleiben.

Hierumben so ermahnen und befehlen Wir Euch hiemit gnädig auch ernstlich / Ihr wollet in vorgerührter Euer Treu und Devotion, hinführo wie bißher standhafftig verharren / und Euch nicht allein aller widerwertigen friedhäßigen Gemühter / sondern auch derjenigen unzuläßigen Secten / durch welche / wie die Erfahrung bißher mehr dann zuviel zuverstehen gegeben / der gemeine Frieden / gutes Vertrauen und Einigkeit schlechtlich gepflantzt und befürdert worden ist / gäntzlich entschlagen / zu welchem End Wir Euch auffragende Fähl / unsere

unsere Käyserl. Hülff zuertheilen / auch sonsten bey Ewren wohlerworbenen hergebrachten Freyheiten und obgerührtem Religion-Frieden / nämblich der uhralt Catholischen Religion / und ungeenderten Augspurgischen Confession handzuhaben / zu schützen und zu schirmen / vestiglich gemeint seynd.

Das beschicht zu Eurem selbst Besten / und Ihr volbringt daneben unsern angenehmen / genädigst gefälligen Willen / denen Wir mit Käyserl. Gnaden geneigt seynd / Geben in unserer Käyserl. Haupt Stadt Wien / den zehenden Novembris / Anno Sechtzenhundert Ain und zwantzig / Unserer Reiche des Römischen im Dritten / des Hungarischen im Vierten / und des Böheimischen im Fünfften Jahren.

Ferdinand

Ill: von Vlm.

Ad mandatum Sac. Caes. Majest. proprium

Den Ehrsamen / unsern und des Reichs lieben Getrewen / N: Bürgermaistern und Rhat der Stadt Oßnabrüg.

J: R: Linherl / mpp.

(Locus Sigilli Caesarei.)

)o(